IOANNIS SALOMONIS SEMLERI
S. S. THEOL. DOCTORIS ET PROF. PVBL. ORDINARII,
SEMINARII THEOLOGICI DIRECTORIS,
REGIORVM ET HALBERSTADIENSIVM ALVMNORVM EPHORI,

COMMENTATIO
DE
DAEMONIACIS
QVORVM
IN N. T. FIT MENTIO.

EDITIO AVCTIOR.

HALAE MAGDEBVRGICAE
IMPENSIS IOANNIS CHRISTIANI HENDELII.
MDCCLXVIIII.

PWL
W19/V/32

~~7440~~
~~S 524~~
BK

A599908

M4



§. I.

QUo fuit olim minus inuſitatum & peregrinum, de *Daemoniacis*, inter Iudaeos & exteros, multa fere quotidie narrari, quippe quibus hiſtoriis & portentis fere adſuetus ille tum orbis fuiſſe videri poſſit (1): eo hodie plus diſſidiorum opinionumque exortum eſt, hoc praeſertim noſtro ſeculo,

(1) Quod legentibus Euangelia cunctis ſtatim patet, tot & tam multos exſtitiſſe δαιμονιζομενες, ſeu daemoniacos iſto tempore, nec quemquam Iudaeorum ideo obſtupuiſſe, aut rei raritate, commotum fuiſſe, vt ſolet fieri, ſi quid accidit noui, etiam alii ſcriptores noſtro tempore obſeruarunt IOSEPHI MEDI verba iam exſcripſit auctor libelli, *an Enquiry into the meaning of Demoniacks in the new teſtament*, litteris T. P. A. P. O. A. B. I. T. C. O. S. inſignitus, quorum hic latine argumentum repetam, miratum ſe eſſe, quomodo iſtorum Daemoniacorum in illo populo tantus fuerit numerus, qui dei

seculo, & breui ante tempore (2); cum bene multi scriptores ita de eo negotio disputare visi sint, vt, si quorumdam graues sententiae audiantur, ipsa christianae religionis fundamenta (3) ima

populus tamen dicebatur, & quidem eo fere tantum tempore, quod Seruator noster in terris transegit; siquidem ante illud tempus in scripturis (hebraicis certe,) illorum non fit mentio. Magis autem illud mirandum esse, quod Iudaei tamquam rem non insolitam id facile patiantur &c. Speramus autem fore, vt intelligatur eius rei ratio, si historiam quasi opinionum de daemonibus postea designauerimus. Itaque, licet WETSTENIO nondum adsentiar, qui Theologorum sententiam omnino reiicit, qui statuunt, dei permissu haec ita contigisse, vt Christus eo ampliorem rectius docendi haberet materiam atque auctoritatem, quippe quod vix serio & considerate dictum illi videtur: tamen partem huius sententiae, quam WETSTENIVS fert tom. I. pag. 241, 3. & ipsi amplectimur, minime tam multos homines singulari quadam Diaboli ipsius operatione male habitos fuisse, multos potius *dici solitos esse daemoniacos ex vulgata ita opinantium consuetudine.* Paucos autem, vt ceteri homines inueteratam istam superstitionem omnino abiicerent, forte nouo atque antea inaudito mali vehementis genere a diabolo vexatos fuisse; vt & appareret, aduersus Sadducaeorum errorem, quam distaret veritas tanti mali, a vana opinatione, & luculenter constaret, nec vano amplius nec vero talium vexationum metui inter Christianos locum vllum esse. His ab initio futurae tractationis argumentum summatim designare voluimus, vt lectores sciant, ad quam illius partem praecipue attendere eos velim. Ceterum vana allegandarum scriptionum de daemoniacis multitudine haec dissertatio non superbiet.

(2) Certe iam MARLORATVS in expos. eccles. in Matth. 8, 32. scribit: docet hic locus, quam insulse nugentur profani quidam homines, qui diabolos non essentiales spiritus, sed tantum prauos hominum affectus esse fingunt &c. Poterat paulo aequius pronuntiare; nec enim *profanorum* semper hominum ea oratio est aut fuit. Exuamus autem *prauos affectus;* siue diabolos eiici alii sic velint, siue inhumana vitia.

(3) Nempe & *puram doctrinam* de daemonibus aliquis dicere & commendare sustinuit nuper; quam ego impurissimam & foedissimam superstitionem iudaicam nominare audeo.

ima hic concuti dicendum ſit; ſi mitiores audias, parum vtilitatis a licentioſo de his diſputantium grege, ſi haec prima obtinuerit, exſpectandum eſſe, ſtatui debeat. Itaque & magni momenti haec cauſſa eſt, quae academicam ſcriptionem commendabilem facile reddat, & ita comparata, vt ſine inuidia, atque infamia fere, accurate iſta omnia cognoſcere & aequo tractare animo, vix liceat; cum plurium fauore fere ſemper illorum ſollicitudo, & pietas quaſi certa, non deſtitui ſoleat, qui ſuſpicionibus in alios grauibus, religionis cauſſam ſe adiuuare profitentur. Idem vero, cum mecum illud diligenter reputo, quantum vanorum terriculamentorum ab iſto loco, qui eſt Daemoniacorum, fuerit ad nos vsque deriuatum, quantumque & ineptiarum & turpis inſaniae ad rem ipſam chriſtianam a multis inde tamquam ſaluberrimus & Deo digniſſimus referatur fructus (4): facere non poſſum, quin, omnem impendam operam, vt vniuerſum iſtud argumentum hoc tempore noſtro excutiatur per me, aliosque, accuratius; quo & vano metu vtrimque facilius liberemur, & beneficium ex iſto loco, ſi iure ſperare non poſſumus, inane atque anceps extorquere deſinamus. Inſtituam autem eam tractationis rationem, quae id efficiat, vt omnis expers curae & ſollicitudinis diligenti ſtudio veritatem hermeneuticam exquirere poſſim; qua via, quoti quique mecum perrexerint, ſpero & alios non parum in iſto ſtudio liberali atque ingenuo poſſe proficere. Vota certe & preces ab initio habendae quaeſtionis non abſint, vt benigniſſimus deus, qui per Ieſum Chriſtum, vniuerſo humano generi benefactum voluit, illudque & cognitione ſalubri & bona mente per eum auxit, in

 intelli-

(4) Teſtis eſt hiſtoria ſeculorum maxime mediorum, inter latinos chriſtianos; per pleraque monaſteria, id quaſi praecipuum *ſanctorum* & *Reliquiarum* fuit documentum: *daemoniacos* procurare; diabolum aliquem expellere. O barbaricam ſtoliditatem, ſi ad religionem, & quidem ceteris meliorem, haec ſacra inſania, maxime pertinere dicatur!

intelligendis illis hiſtoriis, quae Ieſu miracula inuſitata & diuina deſcribunt, nos clementer adiuuet, vt nec diſcendi nobis deſit arrectum ſtudium, nec in perſequendo eo, quod videmus, liberalis alacritas.

§. II.

De *Daemoniacis*, qui in Euangeliis ſaepius commemorantur, hic ſtudioſius expoſituri, primum iam omnium illud ſtatuamus, vt ſatis libera mente omnia in vtramque partem conſideremus: miraculis ipſis, & rerum patratarum magnitudini decedere omnino nihil, ſi vel maxime recentiorum quorumdam illa opinio vincat, qui daemonia, morborum infeſta genera, & aliud nihil, per hoc Iudaeis aliisque vſitatum loquendi genus, intelligere iubent. Illud ideo liberaliter & vltro dabimus, vt ne iniuriae inde ab initio nos non peperciſſe querantur; quod adiumenti genus amare ſolent, qui de noſtrorum ſuperſtitione graviter dicunt. Eſt igitur illud non diffitendum, miraculi & naturam & magnitudinem nihil immutari, ſiue vehementiorum genus morborum, naturale & non inuſitatum, licet rarius, a Ieſu diuinitus & extra omne naturalium ſubſidiorum remedium, procuratum ſit; ſiue illi homines ſpiritualium ſubſtantiarum inaudito antea maleficio vexati fuerint (5). Nec, ſi pauciorum, ſolent enim boni pauciores eſſe, opinio bonis rationibus innitatur, religionis noſtrae ingenium corrumpi & peruerti, iure ſtatui poteſt: niſi quis opinetur, ad nos hodieque magis pertinere, quid olim homines fere omnes imperitiſſimi etiam illi e Iudaeis & gentibus, de daemonibus ſenſerint, quam quid nos ipſi de religionis intima cauſſa nobis perſuadeamus. Nempe id quidem ad rem chriſtianam nihil omnino facit, ſiue arbitren-

tur

(5) Vt alios auctores graues non excitem, BEAVSOBRII ſententiam ex *Remarques* &c. ad Marci VIIII, 19. pag. 94. hic repetam, le miracle eſt toujours le même, de quelque cauſe que vienne le mal.

tur homines, ſpiritus infeſtos, qui olim incerta hominum opinione rebus humanis cunctis facile immiſcebantur, hodieque hic ibi corpora hominum, pecudum &c. inuadere; ſiue negent id hodie adhuc contingere; quia infauſtum illud in nos dominium peruerſorum ſpirituum, ex quo per Chriſtum eiusque religionem eripimur, animorum noſtrorum cum illis coniunctione inſana & continetur & continuatur inde a nobis natis; cuius dominii limites & fines nosmet ipſos vltro & ſuperſtitioſe, cum ineptis Iudaeis, & Graecis olim magiſtris, proferre atque largiter augere, ius fas non eſt. Non vero facile crediderim, eo quemdam Theologiae ſacrae imagine abuti velle, vt fortiter ſtatuat, chriſtianae religionis indolem ipſam hoc πολυθρυλλητῳ iam diu, myſterio ſuperbire, vt credendum nobis ſit Diaboli daemonumque in externas res noſtras, & quocum iunguntur, in corpus noſtrum, imperium & poteſtatis inſtar; de qua re, cum ſit ingens atque inaudita, tamen in ſacris litteris clarum documentum & aperta praeeeptio dei aut Apoſtoli nullibi exſtat, licet narrationes de hominum aliorum opinionibus exſtent in Euangeliis; ſed in certi decreti auguſtum locum incertas opinationes & concluſionum inſtabiles imagines euehere, quibus Chriſtianorum omnium per omne tempus, ſemper cum piaculo ſubſit & pareat cognitio, numquam cuiquam recte licere poteſt, ſic vel maxime ſibi ipſe talia praeſidia amplificandi hodieque apud ſeipſum per terrarum orbem Diaboli, exſtruat.

§. III.

Iam, opinamur, ad ipſam nos cauſſam recte accedere poſſe, poſtquam calumniandi occaſionem ſedulo deprecati ſumus: religionis chriſtianae, quae deum ipſum auctorem multo magis prae ſe fert, quam religionis aliae imagines, per locupletiſſimum ad nos illius interpretem Ieſum Chriſtum, non minus, quam alii iſta de laude glorientur, ſtudioſi. Cum vero ſit ampliſſi-

mum hoc argumentum, quod tractandum ſuſcepimus: dabimus operam, vt illius partitione, agendae cauſſae minuamus difficultatem. Itaque *primo loco* hiſtoriam eius temporis & opinionum de hoc daemonum negotio, quod omnino immiſtum eſt, ſed breuiter, repetemus, vt *poſtea* de vera interpretatione ſollicitis nihil eorum neglectum atque omiſſum ſit, quod hermeneuticarum regularum commendabili miniſterio adiuuari & parari potuerat. Reperimus enim triplex hominum genus de *daemoniacis*, & de daemonibus ſaepe loqui, qui hominem ipſum nonnumquam occupent; quod loquendi genus tamen non eodem ab illis modo ſemper intelligitur. Prima iam noſtra diſputatio bifariam inſtituatur oportet; vt *primum* excutiamus, Graecorum & lingua & religione hominum de daemoniacis ſermonem & opinionem; *deinde*, diſpiciamus Iudaeorum graece hebraiceque de daemoniacis loquentium conſuetudinem; *tum*, inquiramus in Chriſtianorum antiquiorum de Euangeliorum illis locis ſententiam. Iſta opera ſi recte defungamur, ea omnia ſimul colligemus, quibus nos ipſi carere non poſſumus, partim ad inueniendum hac in re illud, quod eſt ad nos, & noſtro iure, verum; partim ad confirmandam & perſuadendam aliis ſententiam noſtram, qui quidem malint ipſi arbitrari atque intelligere, quam in tanta hac de re opinantium, & ſtatuentium multitudine & varietate, impetu quodam temere aut multitudinis iure abripi atque impelli; quod bene multis accidere ſolet, quos aliorum aut nomen trahit aut auctoritas, de rerum cauſſis & rationibus parum vnquam ſollicitos.

§. IV.

Quod ad Graecorum attinet, quorum de vocabulis maxime hic agitur, loquendi & opinandi conſuetudinem, non opus eſt in re non ignota verboſos nos verſari. Breuiter tantum deſignabimus graecam de Daemonibus diſciplinam quaſi, vulgatam

ram certe & vſitatam, licet, quod ſemper & in omni doctrinarum genere euenit, non deſit quaedam aliter ſedulo quaſi reperientium varietas, quae ab iſto argumento, quod eſt a ſenſibus ipſis, remotum, omnino abeſſe non poterat. Igitur vulgata eſt illa Graecorum & poëtarum & auctorum aliorum ſententia, Δαιμονας, fuiſſe & dici homines mortuos; quorum, quae ſuperſit, pars non mortalis, corporeis quaſi vinculis & limitibus iam magis ſoluta, & humanarum rerum nexu non exeat, & operandi facultate iam maiori gaudeat; intelligendi & ſciendi praecipue vſu polleat, qui ad humanas iuuandas, impediendasque res maxime ab illis transferatur. Bonos homines poſt mortem bonos δαιμονας, malos autem malos fieri, & beneficiis maleficiisque in alios viuentes numinis ſummi iuſſu pergere. Eſſe etiam conciliandorum auerruncandorumque daemonum ſacras caerimonias & certa remedia. Adeſſe igitur daemonas hominibus, praeſentiaeque ſuae documenta mira & inſolita edere. Inde etiam illa loquendi vſitata formula valuit, vt inuſitatam rem, cuius ſolita & humana ratio non inueniebatur, δαιμονιον και θειον πραγμα, χρημα, diceretur; δαιμονιος autem ille, qui a vulgata hominum conſuetudine longius abire dictis factisque ſuis inſtituebat. Summam huius quaſi diſciplinae vulgaris propoſui; atque vt fidem eorum, quae dixi, faciam, ſtatim in margine ſubiungam certa & clara documenta, ex variorum auctorum ſcriptis & praeceptis collecta (6): pauca tamen e multis,

(6) Dabo operam, vt frugiferam breuitatem in tanta argumenti amplitudine praeſtem; colligamque in varios quaſi locos ea, quae de daemonibus & daemoniacis inter Graecos ſcriptores aut reperit WETSTENIVS, aut ille anglus (1) anonymus, aut quae de meo conferre licuit; Nam quae *John* BEAVMONT in an hiſtorical, phyſiological and theological treatiſe of ſpirits &c. Londini 1705. 8, (*Germanice* hic Halae 1721. 4, cum THOMASII praefatione;) capite I. de geniis & daemoniis congeſſit, deque genio SOCRATI, ARISTOTELI, PLOTI

tis, quorum omnium inire numerum, & a consilio meo alienum esset, & modicum libri corpus postularet. Istud addo, hoc

PLOTINO &c. tributis, subobscura sunt ob ordinis neglectum, recentiorumque & veterum misturam. I. Poëtarum sunt ista scita. HESIODVS primus mortuos dicit daemonas; postquam de *aureo* hominum genere dixerat, Τοι μεν Δαιμονες εἰσι, Διος μεγαλε δια βελας, - - - Φυλακες θνητων ἀνθρωπων, Οἱ ρα Φυλασσεσσιν τε δικας και σχετλια ἐργα, Ηερα ἑσσαμενοι, παντη Φοιτωντες ἐπ' ἀιαν. Aerem quasi indicti in terram quaquauersus commeant. *Scholiastes*: παρα το δαηναι τα παντα, ἡ μεριζειν τα ἀγαθα και κακα τοις ἀνθρωποις; ita & schol. ad EVRIPID. Alcest. v. 1140.; δαιμονων τῳ Κυριῳ, scribit, τῳ των νεκρων Κυριῳ· Φασι γαρ τες νεκρες δαιμονας. HOMERVS arctiori sensu vsurpat, & *Daemones* in societate & honore Iouis numerat, Minerua redit: Δωματ' ἐς αἰγιοχοιο Διος μετα Δαιμονας ἀλλες, vbi *Scholiastes* obseruat, δαιμονας καλει τες θεες, ἠτοι δἀημονας· Εμπειροι γαρ και ἰδριες παντων ἀυτοι εἰσιν &c. addit, Hesiodum sensu alio adhibere, τες τε ζην μεταξαντας, seu vt Hesiodi scholiastes, τες μεθισαμενες τε ζην, ὀντας δε Φυλακας τε βιε των ἀνθρωπων, δαιμονας καλει, Nominis rationem euoluere facile licet: a δαιω fit inserto μ nominali, δαιμων, vti a γνοω, γνωμων, ἐλεεω, ἐλεημων &c. PLATO iam in *Cratylo* hoc veriverbium prodidit. Itaque HOMERVS epitheto vtitur, si malum auctorem designare vult, Odyss. E ἐν νεσῳ κειται, κρατερ' ἀλγεα πασχων Δηρων τηκομενος· συγερος δε οἱ ἐχραε Δαιμων. Hic iam HOMERVS, quod & *Zach.* BOGAN notauit, *morbum ingentem* daemoni auctori tribuit, sed obscuro loquendi genere; irruerat in ipsum daemon infestus. Idem δαιμονιον ξεινων, *admirabilem* hospitem dicit; & alibi miserum sic designat. *In corpus* intrat daemon fatidicus, EVRIP. in Bacch. Το μαινωδες μαντικην πολλην ἐχει, ὁταν γαρ ὁ θεος εἰς το σωμ' ἐλθη πολυς Λεγειν το μελλον τες μεμηνοτας ποιει. Et VIRGILIVS aeneid. 6, 77. seq. At Phoebi nondum patiens, immanis in antro Bacchatur vates, magnum *si pectore* possit *Excussisse deum* &c. Sic & AESCHYLI scholia, δαιμονωντες, μαινοντες, ἀλογως ὁρμωντες· δαιμονα, τεταρακται. II. Eadem significandi diuersitas in scriptoribus prosaicis occurrit. PLATO μεγισων Δαιμονα deum ipsum dicit; ὁ, ἡ Δαιμον, fortuna ἐξοχως saepissime. Δαιμονια πραγματα dicuntur, sed & sensu sinistro similiter. Etiam το δαιμονιον, idem saepe est

ac

hoc πολλων, vulgi, plebis, maxime mentem his vetuſtiorum temporum inſtitutis ſtudioſe impletam fuiſſe; ſapientiores quosdam de

ac το θειον, deus. Sed δαιμονιαω, laruarum plenus ſum, vt PLAVTI more ttanſferam. δαιμονιζομενες, habemus verbum, Epheſiis litteris Plutarchus curari ſolitos a Magis ſcribit, Sympoſ. VII, 5. Multorum loco eſt hoc exemplum ex AVGVSTINI de ciuitate dei libro 9, c. 19. a me obſeruatum: nullus fere eſt, qui audeat in laude vel ſeruo ſuo dicere; *daemonem habes;* ſed quilibet hoc dicere voluerit, non ſe aliter accipi, quam *maledicere* voluiſſe, dubitare non poteſt. Ibi *Coqueus* affert TERTVLLIANI locum: *daemonium voces hominem* aut immunditia, aut malitia, aut inſolentia aut quacunque macula — — *Philoſophorum* autem loquendi modum negligere non licet. Antiquiorum parum praeceptionum ad nos venit; THALES daemoniis mundum inpleſſe dicitur; ſed ſenſu incerto; de ceteris minus liquet. Ex antiquiſſima illa hypotheſi, poſt PYTHAGORAM etiam Manichaei, auctore Tyrbone, dicebant, ὁ ἀηρ ψυχη ἐϛι ἀνθρωπων και ζωων; PORPHYRIVS autem, ex aëre και ἀυτας ψυχας ἀερωδεις και ἐξ ἀερος ἐχειν την ὑσιαν ὑποπτευθησαν; & PHILO, fere vt antea HESIODVS, ψυχας ἐισιν κατα τον ἀερα πετομενας; quae loca habet BEAVSOBRE hiſtor. des dogmes de Manichée tom. I. p. 565; idem PHILO ſaepius dicit, aërem ψυχων ἀσωματων plenum eſſe. PLATO autem videtur Poetarum ludibria ad emendandos hominum mores ita tranſtuliſſe, vt, quantum nouſ emolumenti loco ἠθικῳ inde parauit, tantum damni ſimul naturali rerum ſtudio intulerit, ſiquidem daemonum & magiae quaſi ſenſu animos hominum grauiter imbuit, imo impleuit. Vnde mirum non eſt δεισιδαιμονιαν fere ad omnes vulgatam fuiſſe imperitiores, qui Platonis artificium conſiliumque poſtea ignoraſſe penitus videntur; quemadmodum ſi qui το ἠθικον inter homines prouehere voluerunt, Platonis decreta ſemper ſecuti ſunt, vt de Gnoſticorum & Manichaeorum familiis ſatis conſtat. ARISTOTELES contra Daemones tales nullos ſtatuit, quod, ne alios excitem, BEAVMONTIVS cap. 2. pag. 41. ſeq. anglicae edit. & pag. 38. germanicae, ſatis luculenter oſtendit; Φυσιν δαιμενιαν eſſe dicit; & vt locum aliam addam, metaphyſ. 4, 4. ζωα & δαιμονια ex ſimplicibus σωμασι conſtantia iungit, ὑσιας dici ſolita. Ex VETTIO VALENTE, quem SELDENVS ſyntagm. I. de diis Syris, c. I. allegauit, adſcribam de *daemone*, inter κληρες Aegyptiorum, quem ſolem interpre-

de his intelligendi quasi rudimentis sensisse aliter, etsi prudenter in rem communem suamque iis vsus. Vituperio adeo locus reper-

terpretabantur. Ὁ δαιμων παραδιδας ἢ παραλαμβανων ἐν χρηματιςικοις τοποις - - καταθυμιας προαιρεσεις ἐπιτελει - - - παραπεπτωκως δε, ἢ απο κακοποιων μαρτυρεμενος, μετεωρισμας και ψυχικας βασανας επαγει ἀναισθησιας - - ὁθεν οἱ τοιουτοι ἐκπακεντες ἐσθ' ὁτε, και κατ' ἑαυτων κινδυνωδες τι μηχανενται, και ὡς μανιωδεις διαλαμβανονται και ἐν ἐκςασει Φρενων γινονται &c. Itaque daemoni tribuebatur mania & insania. Monuit iam *Lud.* VIVES ad Augustin. de ciuit. dei, Platonicos quosdam scriptores, etiam *affectus* appellasse *daemones;* forte inde inualuit haec significatio, quod ARISTOTELES & quidam alii, animum, mentem nostram, δαιμονα dixerant; impetus animi igitur vehemens, ἐξοχως, δαιμων dici poterat. Certe alia vix potest ratio inueniri, cur μανια & δαιμων, μαινεσθαι, κακοδαιμονιαν, toties iungantur & componantur, nisi *ad ipsius mentis*, quae est sui sibi bene, male, conscia, conditionem & statum respiceretur. Intrasse autem daemonia in homines morbo graui correptos dicebantur. LVCIANVS Philopseud. Omnes sciunt istum *Syrum*, quot Lunaticos, oculos rotantes, spumantes ex ore, restituat. Επειδαν γαρ ἐπιςῃ κειμενοις, και ἐρηται, ὁθεν ΕΙΣΕΛΗΛΥΘΑΣΙΝ ΕΙΣ ΤΟ ΣΩΜΑ, ὁ μεν νοσων ἀυτος σιωπᾳ, (hoc falsе scribit), ὁ δαιμων δε αποκρινεται ἑλληνιζων ἢ βαρβαριζων - - ὁ δε τας ὁρκας ἐπαγων, ἐι δε μη πεισθειη και ἀπειλων, ἀπελαυνει τον δαιμονα. Εγω γεν, similiter ridet, και ἐιδον ἐξιοντα μελανα και καπνωδη την χροιαν. PLVTARCHVS, quem antea excitaui, ἐφεσια γραμματα nominat, LVCIANVS ὁρκας. III. Iam ad medicorum & physicorum sermonem attendemus. Apud WETSTENIVM, cui & LVCIANI illum locum debeo, p. 282., HIPPOCRATES de nomine *morbi sacri*: Mihi quidem, qui hunc primi morbum *sacrum* dixerunt, tales esse esse homines videntur, quales sunt adhuc magi, agyrtae & fastuosi, ὁκοσοι δη προσποιεονται σοφωτερα θεοσεβεις ἐιναι, και πλεων τι ἐιδεναι &c. ideo verborum & carminum miracula adhibent, vt si illo morbo correptus moriatur, ipsis excusatio non desit, και ἐχοιεν προφασιν, ὡς ἐκ αἰτιοι εἰσιν ἀυτοι, αλλ' οἱ θεοι, siquidem medicinam nullam, aegro dederint, quae forte nocuerit. ARETAEVS Cappadox, de eodem nomine: aut *propter opinionem*

repertus est ex istius opinionis vehementia & peruersitate; δεισιδαιμων, δεισιδαιμονειν dicebatur, qui vulgatis terriculamentis praecipue commoueretur, fuitque sapientibus non ignobilis eum ridendi & reprehendendi materia.

nionem ingressi in hominem daemonis, δαιμονος δοξης εις τον ἀνθρωπον εἰσοδε. AVRELIANVS de eodem morbo, appellatur passio sacra, siue quod *diuinitus putetur* immissa - - - Nam quod neque deus, neque *semideus* (daemon) neque Cupido sit, Soranus plenissime explicauit. Ista igitur passione *possessos* &c. PHILOSTORGIVS de *Posidonio* quodam medico, λεγειν δ' αυτον ὁμως ἐχ' ὀρθως, ἐχι δαιμενιων ἐπιθεσει τες ανθρωπες ἐκβακχευεσθαι· ὑγρων δε τινων κακοχυμιαν το παθος ἐργαζεσθαι. Μηδε γαρ εἰναι το παραπαν ἰσχυν δαιμονων, ἀνθρωπων Φυσιν ἐπηρεαζεσαν. *Dio* CHRYSOSTOMVS orat. 23, ὁπως δε χρη δαιμονιον τι πονηρον ἡγεισθαι, και ἀδικον, και ἀνοητον, ἐκ ἐχω ἐπειν, - - ἀλλ' ἐγω νυν ἐ κατα την ἐμαυτε δοξαν διειλεγμαι ταπολλα, - - ἀλλα την ΤΩΝ ΠΟΛΛΩΝ 'ΑΝΘΡΩΠΩΝ. APVLEIVS de herba Artemisia, *fugat & daemonia*, in domo posita. - - - Et alibi: si infans *contristatus* fuerit, herba Aristolochia suffumigabis infantem, hilarem facit & conualescit infans *fugato daemonio*. ARISTOTELES de lapide quodam *Nili*, συντελει δε και τοις δαιμονι τινι γενομενοις κατοχοις. THRASYLLVS & auctor de fluuiis, ποιει ἀρισα προς τες δαιμωνιζομενες; simul ac enim naribus admouetur, ἀπερχεται, ἐξερχεται το δαιμονιων. STRABO, οἱ κατεχομενοι ὑπο της δαιμονος ταυτης ἀπαθεις. DIOSCORIDES ραμνος, - - ὠφελει προς Φαρμακα - - και προς πονον κεφαλης, και ἐκπομπας. Similiter de βεφθαλμω, ποιει προς τες Φοβες και δαιμονας. PLOTINVS Ennead. II, 9, 14. verbose, ὑποσησαμενοι τας νοσες δαιμονας, - - σεμνοτεροι μεν ἀν εἰναι δοξειεν παρα τοις πολλοις, - τες μεν τοι ἐυΦρονεντας ἐκ ἀν πειθοιεν &c. PSELLVS, ἑτερ' ἀττα πειθεσιν ἡμας Φρονειν ἰατρων παιδες, ἐ δαιμονων ἐκγονα τα παθη ταυτα λεγοντες εἰναι. Plura eius rei creditae documenta medica BARTHIVS corradit *in aduersariis*, p. 2593. & 1708, vbi multa bis occurrunt. Haec sufficiat collegisse ex ingenti multitudine, vt de opinione & ad eam aptata loquendi inter graecos consuetudine summatim constare possit. Si cui haec nondum sufficiant ad hoc nostrum liberale consilium, ille suo ingenio & sensu, amore etiam in portenta & turpem superstitionem, porro abundet. Addo *Philostratum* lib. 3. c. 38. vita *Apollon.*

§. V.

Iudaeorum iam de *daemoniacis* ſententias videbimus, & quidem illorum, qui paullo ante & poſt Chriſti tempora vixerunt, quoniam rei ſumma hic ad hos redit; cum de antiquiorum decretis nihil ſciamus; hique poſteriores traditas per manus ſuperiorum opiniones omnes ſtudioſe & tenuerint & confirmarint. Sunt autem non eiusdem, etſi non diſſimilis, generis ſcriptores Iudaici, qui graeca lingua vſi ſunt; quos ab iſtis aliis ſeiungendos eſſe ſtatuimus, qui in *Talmudicis* ſimilibusque ſcriptis de his rebus expoſuerunt. Igitur euoluendi hic nobis ſunt: 1) Interpretes graeci bibliorum hebraicorum Iudaei. 2) Scriptores alii, tum apocryphorum, tum maxime IOSEPHVS & PHILO. Quod ad graecos interpretes attinet, quos ſolemus τὸς LXX. appellare, δαιμονια ſcribunt, Ieſ. 13, 21. loco *Seirim;* Deut. 32, 17. Pſ. 105, 35. loco *Sched;* Ieſ. 65, 10. loco *Gad;* Ieſ. 34, 14. loco *Ziim* (7), Pſalmo autem 91, 6. ἀπο συμπτωματος

(7) His in locis, vt *Pauli* auctoritate vtar, λεγομενοι θεοι, & δαιμονια ita commemorantur, vti vulgata daemones colentium & opinio ferebat & conſuetudo. Exſtitiſſe enim omnino incorporeas ſubſtantias, quae nomine *Seirim*, *Schedim* veniunt, quae ſui copiam hominibus fecerint, & haec illa documenta ſuae auctoritatis poteſtatisque re ipſa dederint: ex his quidem locis & nominibus nemo confectum eſſe ſtatuet, niſi qui iam plenus ſit ipſe talium opinationum. *Opinio* hominum qui de his *hirſutis*, aut *horrendis* & *ariditate gaudentibus* entibus ita ſibi perſuaſerant, hinc patet; ſed huic opinioni cauſſam & iuſtam rationem ſubeſſe, atque *exſtitiſſe* omnino tam potentes auctores illarum mutationum in rebus ad homines pertinentibus, quorum eſſe *credebantur*, his in locis nec dicitur, nec etiam dici, ſi diuinam religionem eiusque ius & fas intelligimus, poterat. Luculenter φαρμακον &, cui nitatur, funeſtum omne in terram imperium tollit auctor *Sapientiae* 1, 14. σωτηριοι αἱ γενεσις τε κοσμε, και ἐκ εξιν ἐν αὐταις φαρμακον ὀλεθρε, ἐδε ΑΔΟΥ ΒΑΣΙΛΕΙΟΝ ΕΠΙ ΓΗΣ. Sed tale imperium *daemoniorum* ſolebat plebs reuereri. Idem c. 13. ματαιοτητα hominum reprehendit, *vanitatem*, inanes opinationes; ſicut & *Paulus* 1. cap. ad Romanos de

ſpiri-

ματὸς καὶ δαιμονιε μεσημβρινε, pro quo hebraice exstat, a lue s. excidio, quod destruere solet sub meridiem. Neque enim placet KIRCHERI coniectura, qui שוד tamquam nomen, quod graeco alteri, δαιμονιον, responderit, recensuit; cum sit expositionis loco, non litteralis versio. Certe & *Aquila* reddidit, ἀπο δηγμε δαιμονιζοντος μεσημβριας. Hebraicum verbum שוד reddidit δαιμονιζειν, inopinato & grande nocere; similiter *Symmachus*, συγκυρημα δαιμονιωδες μεσημβριας, quae interpretatio a CLERICO ad opinionem vulgatam inter profanas gentes refertur (8). Hi interpretes forte το δαιμονιον dixerunt, infandum, inusitatum quid, infestum & repentinum morbi genus, a vento autem pestifero ortum, vt *Syrus* interpres recte reddidit. Nec μεσημβρια ibi est ipsum *tempus* meridianum, sed sedes quasi & plaga meridiei; locus igitur ita describitur, vnde venit illud exitium, non sub hora meridiei tantum, sed omni tempore, quo aeris haustus pestilens incidere poterat, timendum. Non ignoramus ineptissime a commentatoribus multis hunc Carminis huius locum olim acceptum & tractatum fuisse; sed certum est, auctorem sacrum de spirituali quadam ὑποστασει aut substantia, quae sub meridiem nos infestatum circumeat, ipsum nihil con-

 firmas-

spiritualibus substantiis, quas *daemones* olim dicebant, ne γε quidem meminit, etsi idololatriam vniuersam recenset; *re ipsa* exstitisse *auctores* quosdam mutationum in rebus humanis, licet daemoniorum & deorum nomina personarent, nihil quicquam dicit. Itaque & istum, quem statim euoluimus, locum aliter intelligere oportet, Ps. 91, 6.

(8) CLERICVS in commentario ad Ps. 91. Summa autem rei redit, partim ad ipsum tempus huius translationis, partim ad auctores eius, vtrum supra plebis opinationem intelligendi facultate polluerint, eaque hic vsi fuerint. Graeca enim loquendi consuetudo id ferebat, vt δαιμονιον diceretur, inusitatum quodcunque factum, & ignotum; ignoratam vero caussam inferioris ordinis homines ipsi per superstitionem repererunt, substantiam aliquam non sub sensus cadentem, hominibus infestam. Hanc opinionem Iudaei multi inde ex gentium commercio hauserant & confirmauerant.

firmaſſe (9). Hebraicum קטב eſt συμπτωμα, και, & quidem, ſui ſenſu δαιμονιον, inuſitatum malum, cuius natura inueſtigari & cohiberi non poteſt; δαιμονιζον, quod daemonis inuiſibilis in modum ſubito irruit; δηγμος quaſi ſerpentis in herba latentis, qui caueri non poteſt, niſi adiutore deo, qui naturae vniuerſae imperium habet & moderatur. Quamquam enim hic vulgari modo loquuntur hi interpretes, & vocabulis vtuntur, quae ad plebem graecam miro ſignificatu ſcatebant, tamen iſtas vaticinationes vulgatas non ſimul ipſi huc omnes, quod quidem ſciamus, transferunt. Nemo certe ſagaciorum & prudentium Iudaeorum ignorabat, gentilium opinationes eſſe vanas & inſanas; Pſ. 96, 5. ſacrum exſtat hoc carmen, omnes dii populorum iſtorum ſunt *Elilim*, (δαιμονια graecus reddit) non *Elohim;* Iehoua vnus eſt cauſſa vniuerſi, & antiſtes rerum, quarum commutationes falſo iſtis daemoniis tribuunt. Sed imperita multitudo ſenſim ad iſtam ſuperſtitionem delapſa eſt; quam & illi religionis magiſtri, ob malignitatem plebeii ingenii, poſtea patiebantur. Quae res iam clarior euadet.

§. VI.

Inter Iudaeos alios, δαιμονιον, (10) ὑπαρξις, & ὑποστασις, & mutationum variarum auctor, in *Tobiae* iſto libello occurrit, qui

(9) Acta S. S. ſaepiſſime diabolum *meridianum* celebrarunt; ex *Gloſſario* lat. med. *du* FRESNII tantum obſeruabo, iam *Mabillonium* ſtatuiſſe, *daemonium meridianum* dici ideo ſolitum fuiſſe, ſubitam & apertam morbi violenti incurſionem, quod *a daemone imprimi crederetur.* Ibidem iam notatum eſt, EVAGRIVM de octo cogitationibus, ἀκηδιαν appellaſſe δαιμονα μεσημβρινον. Addo NICETAM ad orationem LX. GREGOR. Nazianzeni ſimiliter expoſuiſſe.

(10) De nomine πνευματα, quod poſtea, vt τῳ רוח reſpondet, illuſtrabitur, conferre licet Eccleſiaſtic. 39, 28. ſeq. vbi quaſi ἐνυποστατα nominantur, πνευματα, ἁ εἰς ἐνδικησιν ἐκτισθη, και ἐν θυμῳ αυτων ἐξερεωσας μαστιγας αὐτων,

qui profecto parum eruditum & ſobrium auctorem facile prodit, a quo plebi & imperitae multitudini deſtinatus fuit. In IOSEPHI autem ſcriptis frequentior quidem eſt de daemonibus mentio, etiam vbi de antiquioribus narrat: ſed ita comparata eſt eius narratio, vt facile appareat, eum προς τους ἐξω loqui, minime autem intra ſindonem admiſſis. Exempli cauſſa illos praecipue locos attingam. De *Salomone* multa narrat, quorum in ſacris libris hebraicis nec vola eſt, quod dicitur, nec veſtigium; quae a Iudaeorum doctoribus plebis cauſſa reperta & per manus tradita, IOSEPHVS etiam, Graecorum in gratiam, verboſius commemorat, quod eius generis complectantur argumentum, quod & Graeci philoſophiae tam antiquiores quam poſteriores interpretes vulgo tenere & praecipere aliis ſolebant. Eo autem facilius olfacere rei indolem licet, quod narrare audet, ab ipſo *Salomone*, quem deus docuerit την κατα των δαιμονιων τεχνην, ſupereſſe *carmina*, quibus morbi, ſic explicat, τα νοσηματα, ſanentur, *exorcismorumque formulas*, quibus daemonia adhuc expelli ſoleant, & redire vetentur. Narrat etiam de ELEAZARI cuiusdam ſui temporis miro artificio, qui radicem quandam annulo incluſam *daemoniaci* (δαιμονιζομενος) naribus admouerit, atque *extraxerit* per nares daemonium, adiuratum, ne vnquam redeat in ipſum; vtque perſuaderet praeſentibus, ſe omnino hac virtute pollere, imperauerit daemonio, ex homine exeunti, vt in medio poſitum poculum aqua impletum, inuertat, ſignumque (11) adſpectantibus praebeat, quod hominem reliquerit. Similiter de

αὐτων, και ἐν καιρῳ συντελειας ἰσχυν ἐκχεασι &c. Iuuit verſio των 70, Pſ. 78, 49. ἀπεστειλεν εἰς αυτους ὀργην θυμου, - ἀποστολην δι ἀγγελων πονηρων, quo loco ORIGENES ipſe abutitur, lib. 8. contra CELSVM, vt doceat, triſtiora incommoda a *malis angelis* importari

(11) Ius fas eſt haec transferre ad daemoniacos in Euangeliis; qui & ipſi vltimum quaſi crepitum faciunt; hominemque eo modo, qui in ſenſum aliquem incur-

de Herba BAARAS: τα καλωμενα δαιμονια, ταυτα δε πονηρων εστιν ἀνθρωπων πνευματα, τοις ζωσιν ἐνδυομενα, — αὐτη ταχεως ἐξελαυνει (12) κ' ἀν προσενεχθη μονον τοις νοσωσι. Idem IOSEPHVS de *Saulis* regis fato ita narrat, Σαωλον δε περιηρχετο παθει δεινα και δαιμονια, πνιγμως αὐτῳ και σφαγγαλας ἐπιφεροντα. De quaerendo autem muſico morbi miniſtro, ὁπῳ ἀν αὐτῳ προσιη τα δαιμονια και ταραττοι, ποιειν ὑπερ κεφαλης ἑαυτα ψαλλειν; &c. Iſti loci tam ab anglo auctore libelli de *daemoniacis*, quem ſupra (1) nominaui, quam a WETTSTENIO tom. I. N. Teſtam. p. 240, & CALMETO in commentaire litter. excitati ſunt; WETTSTENIVS etiam hunc IOSEPHI antiq. VI, II. 2. (in aliis edit. c. 13.) addidit, τω πονηρω πνευματος και των δαιμονιων ἐγκαθεζομενων τα μεν ἐξεβαλεν, εἰρηνην δε ἀπ' αὐτων τη ψυχη σω παρεχεν. Quaedam alia omitto, quia breuitati maxime ſtudeo (13). Obſeruabimus tantum phraſes IOSEPHI, δαιμονιζομενοι, δαιμονια ἐκβαλλειν,

incurrebat, iam relinquunt. De hac re ſperamus eruditiſſimi cuiusdam viri copioſiorem deſcriptionem; cuius ſpecimen oculis vſurpare contigit.

(12) Non negligenda eſt haec deſcriptio, *daemones* eſſe πονηρων ἀνθρωπων, mortuorum ſcilicet, πνευματα. Eſt enim vetuſtiſſima opinio inter plures gentes olim recepta; a Graecis haec IOSEPHVS deſtinato conſilio hic deſumſit; ab illis etiam ad Chriſtianos eamdem opinationem veniſſe, poſtea videbimus. Quod ſi igitur cui placent huius generis praeceptores, vulgatae ſuperſtitionis & inſcitiae arbitri & moderatores, is eorum auctoritate vſus talia commenta hodieque ad nos confirmatum erat; ſed aliis non ſuccenſeat, qui in iſtas, vetularum ſententias, ſomnia & ludibria, (CHRYSOSTOMI eſt hoc edictum,) pedibus ipſi vltro ire noluerint.

(13) Praeter IOSEPHVM etiam PHILO, & quidem ſerio, non vt IOSEPHVS ſtudioſus in alios, vaticinatur. De Gigantibus, ὡς ἀλλοι Φιλοσοφοι δαιμονας, ἀγγελους Μωσης εἰωθεν ὀνομαζειν· ψυχας δ' εισιν κατα τον ἀερα πετομενας - ἀναγκη γαρ, ὁλων τον κοσμον ἐψυχωσθαι p. 263. vol. I. edit. *Mangeyi*. Idem repetit p. 642. Alibi dicit, per eos mundum compactum eſſe, & deum per eos benefacere nobis & nos punire; & eod. pag. 263, aerem

βαλλειν, daemonia *exeunt*, quae in graecis locis Euangeliſtarum ſaepiſſime etiam occurrunt; nec negligamus illud, Iudaeos adhibuiſſe in adiurationę daemoniorum *radices*, *herbas*; quae res etiam alio documento (14) a nobis confirmari poteſt, & ad illuſtrationem orationis Ieſu facit, daemonia etiam a Iudaeis tum temporis expelli ſolita fuiſſe. Nempe hoc pertinet ad diſcrimen veri & falſi miraculi; Ieſus ſine ſubſidiis ſenſilibus daemonia tollit; Iudaei autem perturbatos ſenſus, per ſacrum ludibrium fatalis remedii, in ordinem reducunt. Hinc exclamant, Ieſu illa miracula nondum auribus oculisque vſurpata fuiſſe; hic enim ſine apparatu magico ſanabat. (15)

§. VII.

aerem plenum his animabus, cauſſam eſſe vitae & peſtilentiae; (λοιμικα παθηματα appellat.) Nempe per nares attrahebatur malus quidam daemon, vt vidimus antea per naſum exiiſſe talem daemonem. In *Clementinis* & vitis Sanctorum non rara eſt narratio: daemones *lactucae* inſidentes, deuoratos hominem iam turbaſſe, ſi ſignum crucis lactucae impoſitum non fuerat. Vol. 2. p. 316. dicit *Philo*, per venena intolerabiles *inſanias* immitti poſſe, vt ὁ νους, ſi de medicina deſperat, euolet & abeat, deteriore animae parte, quae bruta eſt, relicta. Iungo locum ex libro HENOCHI: Πνευματα πονηρα, τα ἐξεληλυθοτα ἐκ τε σωματος της σαρκος αὐτων· κατοικησις αυτων ἐπι της γης· τα πνευματα των Γιγαντων νεμομενα, αδικουντα, ἀφανιζοντα, ἐμπιπτοντα, συμπαλλιοντα, και ριπτουντα ἐπι της γης, δρομους ποιουντα, ἀσιτουντα, Φασματα ποιουντα, και ἐξαναζησονται τα πνευματα ἐπι τους υἱους των ἀνθρωπων, και των γυναικων. Vid. *Thomae* BANGII *exercitationes* philolog. philoſoph. Cracou. 1691. 4. pag. 43. & FABRICII Codic. Pſeudepigr. V. T.

(14) Iſtum locum ex IVSTINI dialogo cum Tryphone excito: ἠδη μεν τοι οἱ ἐξ ὑμων ἐξωρκισαν, τῃ τεχνῃ, ὡσπερ και τα ἐθνη, χρωμενοι ἐξορκιζουσι, και θυμιαμασι και καταδεσμοις χρωνται. Et quaeſtio XXIV. inter eas, quae ad *orthodoxum* dicuntur, ὁ μεν Απολλωνιος, ως ἀνηρ ἐπιζημων των Φυσικων δυναμεων - - ἐν ἁπασι τοις ἀποτελεσμασιν ἐδειθη της των ἐπιτηδειων ὑλων παραλειψεως.

(15) *Simon* EPISCOPIVS in inſtitut. theol. lib. IV. cap. 14. ſect. 5. pag. 429:

§. VII.

Iam ad *Rabbinorum* oracula veniendum est; quorum ingenium hac in caussa multo magis, quam graece scribentium, spectatur. Nempe, vt summatim dicam, hi omnino ἀνατολικην illam διδαχην, traditionem de rebus & causis non corporeis, sollemnem, inter sapientes olim cunctos oriente sub sole, *post symbola & picturas*, celebratissimam, subtili commentandi genere in ipsam *metaphysicam* scientiam & religionem inferunt. Dici igitur non potest, quam illi olim religionis & dogmatum plebi suadendorum antistites, animos omnium impleuerint miris miraculis, quotidie audiendorum, videndorum, sentiendorum daemonum. Haec olim istius orbis mysteria, vario, qui animos percelleret, apparatu insignita; quibus alii consilio optimo ita vsi sunt, vt vana olim & doctioribus non ignorata symbola atque commenta, tandem in αξιωματων fastigium euecta fue-

„temporis *a nullis aliis*, quam a Christo & discipulis eius, aut aliis in no„mine Christi, *daemonia eiiciebantur*: vti liquet ex admiratione magna „turbae, quando eiectio ista fiebat, quasi propter rem inusitatam & non „alibi aut alias visam, Matth. 12, 23. & alibi.„ Idem in sequentibus opinatur, etiam a Iudaeis in nomine veri dei Israelis daemonia eiecta fuisse; scio & *Centuriatores* Magdeburgicos ita sensisse, Iudaeos habuisse donum eiiciendi daemonia; sed ego aliud hic genus eiiciendi daemones inuenio, nempe istud μετα πολλης φαντασιας, & quidem ex hominibus eiiciunt, mente captis, qui sensuum vsu naturali, ob recens quoddam morbi vitium, carebant, quod *daemonium* vulgo dici solebat, licet nullum daemonium, seu spiritus malignus, subesset. Ideo nemo Iudaeorum hic in stuporem coniiciebatur: atque hanc ob caussam, inuidia ducti Pharisaei, tantum & nouum spectaculum ad principem diabolorum, ei rei, vt plebi persuasum erat, maxime parem, referebant. Sed & illud carmen, in *Apocalypsi* c. 16 v. 13, δαιμονια quae *ex ore* exeunt, ὁμοια βατραχοις miror a nemine adhuc in subsidium vocata fuisse. E *picturis* enim vetustioribus & *symbolis*, sensim linguae ipsius vsus infectus fuit, vt tales phrases solerent componi; quibus quidem quaedam res & causa significabatur, sed minime seruanda erat *litteralis* illa pictura, quae erat symbolum alius rei, longe aliter confingendae.

fuerint, quae locum ἠθικον seueriſſime & ſtrenue ad cunctos & perſuadebant & confirmabant. Alii autem his tamquam πολιτευματι bene componendo & plebi per illa tempora regundae repertis maxime ſtudebant. Eſt autem tam peruerſum atque illiberale Iudaeorum de his rebus diſputandi genus, tamque inſanabile hominum, qui eo imbuti ſunt, ingenium: vt hoc omnino tempore Ieſum intercedere ingenti, quae ad omnes iam homines tranſitura erat, corruptioni, opus maxime fuerit; cuius doctrinis ſanis, veris, ſalubribus, exemploque & piaculo, deſerti a nobis cultus deo digni, vniuerſa iſta de daemonum fatali in homines prouincia opinatio funditus euerteretur. Non commemorabo longas illas familias eorum, qui libros omnes antiquioris foederis teſtes, ideo plane abiecerunt & vehementi odio proſecuti ſunt, quoniam daemonis imperiique eius fatalis inter homines augendi miniſterio conſtarent (16). Ecquis autem hinc non intelligat, talium de daemonibus opinationum inſanam illo tempore vim & infandum, quod ſuadent, ius & fas! Ipſos illos Iudaeos cogitemus, qui Chriſti tempore viuebant; angelorum & daemonum inde ab exilio babylonico maxime ſtudioſos, ſacrisque caerimonis, quibus illorum benigna miniſteria adſciſcerentur, infeſta autem vis auerteretur, multum operatos. Hi, quibus opinationibus pleni fuerint & alios vl-

(16) Ablego ad BEAVSOBRII longe venuſtiſſimum Commentarium, hiſtoire critique de Manichée. Multi certe *Elohim* de angelis & ſpiritibus malis intelligi poſſe videbant; at talium notionum auctores & fautores non praecipue deum auctorem prae ſe ferre poſſe; itaque omnem iſtam mundi informationem, quae tam diris ſententiis conſtaret, abiecerunt. Atque id verum eſt, ad chriſtianos bonae frugis ex tanta *daemonologia* nihil quicquam rediiſſe. Manet potius δαιμονιωδης σοφια & inſtitutio tam malae indolis, vt chriſtianorum mali ſacrificuli daemonum & diabolorum iactatis operibus & miniſteriis, terrarum orbem non minus turpem in modum irretierint, quam *aegyptii* agyrtae & matris deûm aſtuta ſeruitia.

tro, quaſi myſteriis grandibus impleuerint, ſn margine ex ſuculentis eius inſaniae documentis facile colligi poteſt (17). Id iam

(17) *Rabbinorum & Talmudicorum* aliquot ſententias ex WETSTENIO & aliis hic adſcribam, quibus haud dubie ſuperaddi plures poſſint, praecipue e *vitis ſanctorum*, horrenda terriculamenta, ſi quis huic rei ſtudeat. MAIMONIDIS ea eſt in Sabb. II, 3. *Spiritum malum* vocant omnes ſpecies morborum, qui vocantur *Melancholia*. (Hic iungemus locum AETII III, 8. 9. quem WETSTENIVS ad Matth. 8. excitauit. Γινονται δε οἱ πολλοι των μελαγχολικων, δειλοι, - - τινες και δαιμονας ἀπο γοητειων των ἐχθρων ἐπηχθαι αὐτοις ὑπολαμβανουσι - - ἀλλ' ὁ μεν δεδοικε τας Φιλτατας, ὁ δε ὁλας ἀνθρωπας, - - οἱ πλειστοι μεντοι, ἐν σκοτεινοις τοποις χαιρουσι διατριβειν, και ἐν μνημασι, και ἐν ἐρημοις.) Nam eſt ſpecies, pergit MAIMON. ex morbis dictis, quae facit, vt aegrotus fugiat, — contra delectetur ipſe in tenebris & in ſolitudine, tempore paroxysmi. Et haec res deprehenditur multum in viris egregiis. (Haec deſignatio eſt ex ARISTOTELE, qui idem de melancholia putauit, eſſe Heroum.) Idem in *Erubbim* III, 4. *Spiritum malum*, vocant omne damnum, quod non venit a manu hominis ſed alia, quaecunque illi fuerit, cauſſa. In *Gittin* VII, 1. quem cepit Cardiacus. BARTENORA, animus perturbatur ob malum ſpiritum, qui praedominatur in eo, qui bibit vinum nouum. MAIMON. autem, eſt infirmitas, quae procedit ex receſſu cerebri, vnde perturbatur mens. Obſerue autem, MAIMONIDEM & paucos Rabbinorum alios, ſanius de hoc negotio ſentire, quam ceteros omnes; philoſophiae enim ſtudio non parum ille profecerat. Cetera multitudo doctorum ſeueram doctrinam hic produnt; confer. *Salom.* IARCHI ad Pſ. 91. דבר & קטב eſſe nomina שדים, daemonum, quorum alter noceat noctu, alter meridie. Hinc & Arabs, chriſtianus, falſo ſenſu impletus, *Satanas* reddidit, ad quem profecto Pſalmus hic non attendit. Similiter ſcribit MENASSEH *ben* ISRAEL problem. 22. de Creatione: *tertii gradus* angelos, eſſe ſpiritus ſublunares מלאכי חבלה, angelos *damni*, מזיקים שחנים. TARGVMIM, de מזיקיא, ſeu daemonibus nociuis, nocturnis & matutinis צפרירין, ineptias ſingulares, de שידים, vide in BVXTORFII Lexico Talmudico, atque in *Heluici* hiſtoriis iudaicis germanice translatis; e. c. daemonis, qui ſub ſtillicidio ſomnum capere ſolebat, quidam vas

grande

iam obſeruabo, hanc gentem allegoricas προσωποποιιας maxime imitari ſolitam fuiſſe, ſed ita, vt non amplius conſilio cuidam informata προσωπα crederent; quae, contra ea, iam vera & ὑφισαμενα vulgo docebantur; quam in rem & diſciplinam eos hebraicorum ſacrorum librorum locos maxime adhibebant, quae de daemonibus & vulgatis inter gentes vicinas diis aliquid commemorabant. Hirſutorum, piloſorum entium, a quibus corporeis rebus noſtris multum damni impendeat, vetuſta terriculamenta, gentibus credita & honorata, hi quaſi a vera dei cognitione & religione non ſeiungenda, tandem & ad ſe transtulerunt conſecrata; vt mirari nemo poſſit, Iudaeos Chriſti tempore bonam & veram dei colendi rationem omnino obliuioni dediſſe, qui talium opinationum auctoritatem cum ipſo dei cultu coniunctum & ſtudioſiſſime tutatum iuerint.

§. VIII.

Quod ad Chriſtianorum de daemonibus & daemoniacis ſententiam attinet, breuiter iſta obſeruabimus. Antiquiores, qui ad gentes profanas doctrinam chriſtianam exponere ſcriptis ſtuduerunt: de daemonibus multa quidem loquuntur, ſed ita, vt velut ex domeſticis & amatis inter gentes locis diſputationem

grande vino plenum auri impoſuerant; is igitur vas excuſſit, vt vinum perpluerit. Rabbi daemonem citauit, & argento ſatisfacere coegit. Multa ſunt Talmudica loca, in quibus narratur de iis, qui diſcedunt in ſepulcra, ibique pernoctant, vt deſcendat ſuper eos *ſpiritus immundus*, quos ſcil. mortuorum animas opinabantur, ſepulcra adhuc occupantes. Ex LIGTFOOTI horis in Matth. 17, 15. addo, רוח רעה & החולי, morbum, coniungi, & ARVCH: Schibta, eſt ſpiritus malus, qui prehendens ceruices infantum, neruos earum exſiccat & contrahit. LIGTFOOTI ſententiam, qui Iudaicam phraſin ſatis intelligebat, omittere nequeo, *Iudaeis vſitatiſſimum erat, morbos* quosdam grauiores, eos praeſertim, quibus vel diſtortum eſt corpus, vel mens turbata & agitata phreneſi, *malis ſpiritibus attribuere.* Diſtinguam poſtea melius daemonem a morbo.

inſtituant. De daemonibus enim vulgata ad omnes erat opinio, inde a poetarum repertis & caerimoniarum inſtitutis publicis. Itaque ad daemones refert IVSTINVS Martyr, atrocia in chriſtianos facta, cum antiquioribus criminibus & flagitiis deorum hominumque, quae a multis auctoribus graecis varie narrabantur. Poſtea inter ipſos chriſtianos vulgo de daemonibus, quaſi translata eorum ad Chriſtianos prouincia, inſanae narrationes celebrantur; plerique fide bona, rei experimento inepto decepti; non pauci ſedula fraude vſi ſunt, vt iſta improba experimenta numquam deeſſent. De daemoniacis igitur, quorum in euangeliis fit mentio, nemo inficiari poteſt, plerosque omnes commentatores & Theologos magno ore vbique loqui; ſed & illud certum eſt, non omnino defuiſſe diligentes & prouidos interpretes; qui praecipue iſtam daemonum ingentem vim a Chriſtianis ſeiungerent, tempore Chriſti tantum conatu quodam extremo, inuſitatoque vtentium. Alii vero non tam daemones, quam mortuorum animas iis in locis nominant; pauci quidam addubitant, vtrum re ipſa ſic cum iſtis hominibus actum fuerit, an vero opinioni & imaginandi ſuas res vitio iſta loquendi ratio tribui debeat. Arctis limitibus circumſcriptus ſum, nec niſi lineas quaſi vniuerſae huius hiſtoricae tractationis deſignare poſſum; ſed in margine harum rerum quaedam, vt potui, documenta vtilia exhibeo. (18)

§. IX.

(18) Ex Apologia IVSTINI 2da, a quibusdam iam hac in cauſſa ille locus notatus eſt, οἱ ψυχὰς ἀποθανόντων λαμβάνομενοι (hinc nouum nomen aliis, δαιμονιολήπτοι, vt ſtatim ſequitur,) καὶ ῥιπτούμενοι, ὡς δαιμονιολήπτες -- καλοῦσι πάντες. Habet hoc a gentilibus tractatoribus. HESIODI carmen iam antea adſcripſimus, cuius ſenſum confirmat locus PLVTARCHI de oraculorum defectu, εἰ γὰρ αἱ διακριθεῖσαι τοῦ σώματος ἢ μὴ μετασχοῦσαι ψυχαὶ, δαίμονες εἰσὶ, κατὰ τὸν θεῖον Ησίοδον; inde *Clemens* ALEXANDR. Stromat. 6. ſummatim dicit, δαίμονας μὲν τὰς τῶν, mortuorum

§. IX.

Iam, poſtquam de vocabulorum hiſtoria vidimus, ad ſummam rei venio, & aequioris de daemoniacis, quorum apud ſcriptores

rum ψυχας καλεντες, &c. quae loca debeo *Iac.* ODE pag. 902. 903. *commentarii* de angelis. Idem CHRYSOSTOMVS ſcripſerat Homil. 2. in Lazarum, vt notatur ad Homil. 28. in Mathaeum, p. 336. edit. MONTFAVC; licet hic hanc, propoſitionem, ὁτι αἱ ψυχαι των ἀποθανοντων δαιμονες γινονται, ita diiudicet, γρᾳϊδιων μεθυοντων ταυτα τα ῥηματα, και παιδων μορμολυκεια. Si IVSTINVS iſto iam tempore tam imperite expoſuit, facile patet, praecipuam ſic ratiocinandi partem non ex diuinarum litterarum vera diſciplina, ſed ex opinionibus vulgaribus pendere. Ergo IVSTINVS ebriarum vetularum ingenio tum vſus eſt, iudice CHRYSOSTOMO. Similes, licet difficiles, nugae, exſtant apud plures patres; THEOPHYLACTVS in Luc. 23. προ τε θανατε τε Χριςε μεγα δικαιον ἠν τῳ διαβολῳ κατα των ψυχων; de *iure* diaboli in animas mortuorum, inde ab antiquioribus frequentari ſolent mira decreta; nec fas fuit *Petro Abaelardo* his nugis contraire. Comparetur vel libellus περι της τε παιτος αἰτιας, quem le *Moine* latine tranſtulit, & quem *Ioſephi*, alii aliorum nomine laudabant. *Optatus*, Mileuit: animas, *quas ante eius aduentum* diabolus *poſſidebat*, Chriſtum redemiſſe. Eſt autem etiam Iudaeorum opinio, quos inter non pauci, vt fuit antea notatum, in ſepulchris ideo habitabant, vt ſpiritus, (mortuorum animas) ſibi adſciſcerent. Locum MENASS. *ben Iſr.* excitauit HEIDEGGERVS tom. I. diſſert. ſelectarum, diſſ. 6, de apparitionibus ſpirituum, §. VI, ex libro *Zohar*, cuius vetuſtas ſolet inepte iuſto magis extolli. - - Dari ſpiritus quosdam, quorum tanta *poteſtas in animas* hominum defunctorum ſit, vt eas ſibi ſubiectas habeant, &, quo ipſis videtur, corpore induant &c. Tamen *Cornel. a* LAPIDE ad Luc. 8, 29. & CALMETVS ad Matth. 8, luces & cruces in coemeteriis adhuc laudant, iis pellendis vtiles. Eſt vero fatendum, vniuerſam patrum vtrorumque *daemonologiam* conſtare ineptiſſimis opinationibus, inde a *Platonicorum* & Graecorum diſciplina magica deriuatis, quas doctrinarum theologicarum in faſtigium euehi, iure atque merito non patimur. Igitur illi boni patres, ne Graecis minus eruditi viderentur, daemones ſub aërem ponunt, corpuscula talia circumdant, quae ſuffitu & nidore nutriantur; longo numero talia commenta noua e patribus

colle-

ptores ſacros ſit mentio, interpretationi operam nouam ſtudioſe dabo; quod conſilium nemo, opinor, reprehendet, qui cognouerit,

collegit WETSTENIVS in notis ad *Origenis* exhort. ad martyrium, tomo I. operum edit. de la RVE, p. 303. 304; ſed poterat non parum iſtis crepundiis ſuperaddi vel ex *Clementinis*. Nemo, arbitror, inuidiam mihi hic conflatum iuerit, quod iſta libertate vtor. In tanta re, ius fas eſt, rem ipſam eloqui, ne vana auctoritatis patrum imago aliis obſit. Sum autem facile inter primos, qui patres, a tempore illo; recte excuſant; illud autem non patiar, in noſtra tempora eius generis ludibria magno conatu & grandi omine transferri. Iam ad ipſam cauſſam redeo. ORIGENES lib. 7. contra CELSVM, p. 742, non ſolum narrat, a Chriſtianis daemones eiici ex animabus humanis, ex *locis*, in quibus habitarant, ſed addit etiam, ἐσθ ὁτε και ἀπο των ζωων· πολλακις γαρ ἐπι τη λυμη και των τοιετων ἐνεργεσι τινα δαιμονες. Daemones dicit etiam *ex animalibus* per Chriſtianos *eiici*. Libro autem VIII. p. 765. haud paullo longius abit, ἀλλ' ει χρη αποτολμησαντα λεγειν τινα, φησομεν, ὁτι λιμοι, και ἀποριαι ςαφυλης και ἀκροδρυων, και ἀυχμοι, ἀλλα και ἡ τε ἀερος διαφθορα ἐπι λυμη των καρπων, ἐσθ' ὁτε και των ζωων θανατῳ και τῳ κατα ἀνθρωπων λοιμῳ· παντα ταυτα δαιμονες ἀυτεργεσι δημιοι. Hinc facile conſtat, ORIGENEM nimis multa de daemonibus aut credidiſſe, aut certe hic, aduerſus Celſum, finxiſſe; licet alibi rectiſſime obſeruet, ea, quae Iudaei de daemoniis, Belzebul &c. tradunt, eſſe ἡ ἐκ παραδωσεως, ἡ ἐξ ἀποκρυφου. Nempe haec omnia tamquam myſteria ſalubria non ipſe recepit, niſi cum ſic poſceret cauſſa, quam agebat. Alibi ipſe non exigua difficultate ſe premi intelligit. Exſcribam locum in Matth. XVII, quem iam *Ioh. a* MARCK & WETSTENIVS excitarunt. Ἰατροι μεν ἀν φυσιολογειτωσαν, ὡτε μηδε ἀκαθαρ[illegible]ον πνευμα ἐιναι νομιζοντες κατα τον τοπον - - τα ὑγρα λεγετωσαν κινεισθαι τα ἐν τη κεφαλη, κατα τινα συμπαθειαν την προς το σεληνιακον φως. Addit autem, Ἡμεις δε οἱ και τῳ ἐυαγγελιῳ πιςευοντες, (ὁτι το νοσημα τετο ἀπο πνευματος ἀκαθαρτε ἔν τοις πασχεσιν ἀυτο θεωρειται ἐνεργεμενον), ὁρωντες δε, ὁτι και οἱ ἐιθισμενοι παραπλησιως τοις ἐπαοιδοις των Αιγυπτιων ἐπαγγελλεσθαι την κατα τες τοιετες θεραπειαν, δοκεσι ποτε ἐπιτυγχανειν ἐν ἀυτοις, (iam ſequitur ipſius ſententia), φησομεν,

ὁτι

uerit, quanto momento illae hiſtoriae ad exſpectandas hodie alias tragoedias adhuc pendere ſemper creditae fuerint. Nec depre-

ὁτι (μηποτε ὑπες τε διαβαλλειν τα κτισματα τε θεε) το ἀκαθαρτον τετο πνευμα ἐπιτηρει τινας σχηματισμες της σεληνης, και ἑτως ἐνεργει &c. Ad ferendam hanc ſententiam duabus vtitur rationibus. 1) Ex euangelio *apparere* per daemonem hoc παθος productum eſſe. 2) Non deeſſe ſuo tempore incantatores, qui δοκεσει feliciter iis mederi. Sed a) falſum eſt, ex illo δοκεσι colligi aliquid in hac cauſſa poſſe; fatetur hoc verbo ORIGENES ſe & alios ignorare, quod vere ſpiritus malus ſubſit & expellatur. Si autem ipſe concedit, etiam a non Chriſtianis eiici tales ſpiritus, ſequitur vt minus interſit rei Chriſtianae, vtrum daemones ipſos expulerit Ieſus, an vero παθος, Φυσικον, quam, vt ſciatur, ſine incantatione, faſciis, & apparatu magico, per ipſam ſolam vim dei Ieſum hoc feciſſe, quod fecit. b) Si certo ſciri non potuit, daemones ipſos eſſe, qui per ἐπαοιδας expellantur, debuerat deſignare, quibus ex rationibus de daemoniis illis chriſtiani aliter ſtatuant, quam Medici ſolent. Illud θεωρειται pertinet ad narrationem Euangeliſtarum: hanc omnes vident & legunt: vtrum vero haec narratio non ſit iſti tantum tempori conueniens & neceſſaria, ſed ipſi daemones vere & proprie ſint tempore omni intelligendi, hoc non θεωρειται. Igitur nec illud πιςευειν antea locum habet, quam ſciatur, vtrum ex iſtis duobus hic ſit ſub iſta narratione comprehenſum, &, ſi hiſtorica & vulgata notio ibi fuit deſignata, vtrum mutari & variare hominum de his accidentibus παθεσι opinio, ſine piaculo & ſcelere, numquam poſſit. Neque enim ex ſacris litteris conſtat, opiniones de daemonibus, *quae ſunt Graecis cunctis communes* cum his Iudaeorum plerorumque, eo ipſo eſſe veriores, & pertinere ad ea, quae fide, (ob teſtimonium certum & clarum de credenda re vel eius determinatione *ceterum ignota*) ſunt amplectenda. Cum enim de daemonibus fuerint tam vulgares opiniones, ſine documento dei in ſcriptura V. T: facile patet, hoc argumentum daemoniacum, non eſſe hauſtum ex ſcriptura, ſed eſſe collectum ex hominum intelligendi & arbitrandi conſuetudine. Igitur non poteſt prius a nobis credi, & *fidei*, ex ſcriptura hauſtae, pars eſſe, quam certi ſimus, iſtas hominum tam late patentes opiniones, a deo in ſcriptura pro veris & indubiis declarari; quod profecto non ideo ſtatim fit, quod in ſcriptura narrantur hominum de daemonibus ſententiae. Cum enim hominum vel

deprecabor aliorum accuratum examen, si quidem rei huius ipsa ratio & veritas subinde melius, quam a me id factum est, erui

vulgatissimae opiniones non soleant eo esse meliores & veriores: certum est, eas non ideo consecrari, quia in scriptura narrantur ea, quae his opinionibus nitebantur. Itaque, post talem harum rerum interpretem, HIERONYMVS, AVGVSTINVS, instabiles & varii ambo) & latini longo numero his daemonologiis temere ducti sunt: vsque ad meliora illa tempora quorundam *Scholasticorum*, qui non solum memoriam atque ingenium, sed & rationis ministerium ipsi adhibuerunt. Mirabitur nemo, raros esse ex istis antiquis seculis interpretes, qui de eo cogitauerint, vtrum ista omnia, quae vulgo credebantur, & quae a graecis adscita erant, Iesu Christi & Apostolorum auctoritate, per has narrationes muniantur. Ista vero ad meliorem interpretationem referri possunt. ATHANASIVS de incarnatione verbi: Διαβολος ἐκπεσων ἀπο τε ἑρανε, περι τον ἀερα, τον ὡδε κατω, πλανηται, καὶ των συν ἀυτῳ δαιμονων ἐξεσιαζων, Φαντασιας μεν δι ἀυτων ἐνεργει τοις ἀπατωμενοις. Sunt & ista opinionibus fanaticis Manichaeorum, & Paulicianorum, vt dicuntur, satis similia; nihil tamen dicit de praesentia hypostatica in corpore humano; sed per daemones *produci phantasias* in hominibus. Hunc locum *Iac.* ODE iam attulit, sed longe alio consilio, p. 690. AVGVSTINVS de *Genesi* ad Litter. XII, 17. forte *reuera phreneticus* erat, sed propter ista daemonium pati *putabatur*. Nempe sine piaculo & scelere hoc AVGVSTINVS scribere potuit, quum in isto opere non populum respiciat, sed intelligentibus operam dare velit. Rem eandem eloquitur alicubi THEODORETVS, in Ps. 91, 6. δαιμονιον μεσημβρινον, κατα την παρα τοις πολλοις τεθεικε δοξαν. Scimus οἱ πολλοι sunt imperita multitudo; loquendi consuetudinem secutus est graecus interpres, non daemonium incursitans ipse confirmauit. AGOBARDVS epistola ad Barthol. Ita vt caderent quidam more epilepticorum, vel eorum, *quos vulgus* daemoniacos *putat* vel *nominat*. CAESARIVS quaestione CXII, Σεληνιαζομενες Φησι κατα την προχειρον των πολλων ὑπονοιαν, μη χωρεντων ἀκεσαι το ὑψηλοτερον. Vulgata in opinione imperitiorum hanc phrasin dicit fundari. Obseruat EVSTATHIVS in Iliad. α, Dianam haberi αἰτιαν μανιων, ὡς σιον εἰπειν, τοις σεληνιαζομενοις. Ista WETSTENIVS collegit; quibus haec illa addo. DAMASCEN. in sacris parallel. tomo 2. edit. *le Quien* p. 470, ex homilia falso Chrysostomo tribu-

erui aut cut confirmari possit. Igitur quaedam quasi munimenta exstruere oportet, vt appareat, quibus rationibus ad eligendam sententiam vsi simus.

tributa, μεγας ὁ δαιμων, ἡ ἀμαρτια. CYRILL. hierosol. catech. 16, 7, καλειται δε πνευμα και ἡ ἀμαρτια. CHRYSOSTOMVS homilia 65. in Ioan. τον ἀπο της ὀψεως τε χρυσιε - ε ἐπιπηδωντα τη ψυχη δαιμονα. AVGVSTIN. in Ps. XC, (91. Hebraice) Sermone I, recte hic intelligimus per daemonium meridianum, vehementem persecutionem. Magdalenae septem daemonia, *plurima vitia* interpretatur GREGORIVS M. & THEOPHYLACTVS, excitante *Bened.* PERERIO disput. X. in cap. XI. Ioan. p. 21, licet ipse 7 daemones, spiritus praeferat. *Magister sententiarum* lib. II. distinct. 8, „ vtrum daemonia (de quibus in Euangelio) *secundum substantiam fuerint ingressa*, an propter mali effectum *dicantur* ingressa, non adeo „perspicuum est. GENNADIVS: daemones per energiam, (operationem) *non credimus substantialiter*, illabi animae, sed applicatione &, oppressione „viiri. BEDA quoque super Actor. 5. de Anania, e quo forte habet Magister: „ notandum quod mentem hominis *iuxta substantiam implere nihil possit*, nisi „ creatrix trinitas — *daemones non substantialiter* intrant corda hominum, „ sed propter malitiae effectum; *de quibus pelli dicuntur*, cum nocere non „ sinuntur. „ Miror hunc locum nondum a quoquam animaduersum fuisse; miror LOMBAEDVM hic tam bene scripsisse; miror ALBERTVM M. inter primos esse, qui hic palam a Magistro discedunt; scribit enim in istam distinctionis partem: mihi non est dubium, quin homines multi daemonium habuerint & habeant *in corpore suo interius* &c. Nempe *monachalis* daemonologia aut eius studiosa defensio obsederat ALBERTI ingenium. ALEXANDER *ab* HALES, Summae parte II. qu. 117. artic. 4. §. 4. Missio in cor Iudae non fuit per essentiam aut substantiam, sed per operationem; vnde glossa super Habac. 2, dominus in templo suo sancto: potest assidere simulacris spiritus immundus, sed *intrinsecus esse non potest*. Addo ex BONAVENTVRA in sentent. lib. 2. distinct. 8. quaest. 2. Ergo, si non potest in simulacris, multo minus in corporibus humanis. Idem concedit quidem de corporibus humanis, (monachica disciplina imbutus) sed negat de animabus in quaest. 2. „ Concedendae sunt igitur rationes, ostendentes, quod ani-

„ mabus

I. Ex narrationibus conſtant euangelia; antequam de rebus Ieſu Chriſti ſcriptis monumentis prodere coeptum eſt, Apoſtoli earum rerum ipſi, ſicut alii teſtes, ſeriem iam enarrare ſolebant, eo conſilio, vt Iudaeos & alias gentes, de meliori religione edocerent. Scimus enim τα σημεια & facta Ieſu eo conſilio narrata & ſcriptis tradita fuiſſe, vt inde conſtaret, ipſum eſſe locupletiſſimum verae religionis abiiciendaeque ſuperſtitionis & moleſtae ſedulitatis, doctorem; per quae facta ſalubribus dictis fidem & auctoritatem conciliauerit. Iam Iudaei & Graeci daemonum omnia plena opinabantur, homines etiam ab iis inuadi & in furorem &c. conici. Ex hac opinione illud loquendi genus antiquitus natum fuerat, hic *habet daemonem* (19), eſt δαιμονιζομενος, i. e. (hoc recens forte & ab aliis non-

„mabus humanis illabi non poteſt malignus ſpiritus. Quod Gloſſa dicit (ad „Luc. 4.) intrauit diabolus &c. dicendum effectum; ſeu conformitatis mali„tiam.„ Ceterum BONAVENTVRA quaeſt. 3. an daemones poſſint ſenſus illudere, ad *experientiam multiplicem* cum ſe recipit, facile prodit, actis & fabulis ſanctorum, quas monachi inſani & inepti conſcribillauerunt, ſe plus tribuere, quam rationi. Nec THOMAS aquinas, audet ab iſtis AVGVSTINI, ſi ad vulgus loqueretur, decretis de daemonum variis artibus recedere, ſemen virile eos auferre &c. Ex his apparet, fuiſſe etiam olim inter chriſtianos doctores, qui ineptum indignumque putarint, ſi quis daemonem ſubſtantialiter in daemoniaco adfuiſſe ſtatuat: licet multi & plerique alii hoc tamquam inſignem rem & cum chriſtianismi ipſa indole coniunctam„ mordicus tenuerint.

(19) Diligenter hic ad rem, quae geritur, attendendum eſt. Homo aliquis eſt a ſtatu valetudinis ſolito deiectus; intelligendi vſitatum modum amiſit; turbata ad ipſum eſt ſeries repraeſentationum, & ſenſationum; connexarum cum illo rerum alia iam ad ipſum adeſt, ſi conſcientiam ſui ipſius pateris, conditio. Inſanit; furit; alia omnia ſentire ſibi videtur, quam ſentit; igitur hunc malam nexum amoliri vult; irruit in homines alios, tamquam in auctores peſtiferos. Iam illud euenit, vt *aut* ipſe daemonem, malum ſpiritum,

nondum ſatis obſeruatum, addo,) talia damna hic corpore & animo aeger ſibi & hominibus aliis inferre geſtit, qualia ſolent vbique credi inferre nociui daemones. Aduerſus hos homines Iudaei exorciſtas ipſi adhibebant, cum caſcis caerimoniis & fatalibus herbis. Iam adducuntur ad Ieſum tales homines; praeeunt nomenclatores, qui ex ſua aliorumque ſententia illos *daemoniacos* praedicant. Facile patebit, nondum adeſſe auctoritatem, quae iubeat nos credere, daemonem, ſubſtantiam ipſam quamdam, in his hominibus ſediſſe. Eſt phraſis *hiſtorica*, quae opinionem per manus traditam prodit; vera illa an falſa ſit, nondum conſtat.

II. Si fuit vulgata ita loquendi conſuetudo: ſequitur, vt Euangeliſtae, qui hominum aliorum eius temporis, praecipueque Iudaeorum ad Ieſum inclinandorum cauſſa ſcribunt, hanc loquendi conſuetudinem ſeruauerint, vt ab hominibus miraculorum magnitudo eo magis cognoſceretur, ſi etiam ad atrociſſimas, quas opinabantur, res pertingebat, & quidem, ſine herbarum & aliarum rerum miniſterio. Neque enim apud Iudaeos idem eſt, κακως ἐχει, ἀσθενει, &, habet daemonium: Omnis δαιμονιζομενος, ἀσθενει, ſed non contra. Nemo autem eorum, qui ſunt ratione temporis remoti, ex hoc narrandi genere, iu-

rum, imo plures ſimul, ſeſe agitare opinetur; quoniam ineſt ipſi ingentium malorum metus, ex impulſu morbi in corpore, (atque hic ſaepe dicitur δαιμονιζομενος, δαιμονῶν, δαιμονιων, daemonis inſtar ſe gerens, daemonem ſe reputans, vt alius vitreum, teſtaceum, ſeſe credit, qui κρυσαλλιζομενος dicendus eſſet; ſicut ἑλληνιζομενος, qui gloriatur ſe ἑλληνὰ praeſtare, πλατωνιζομενος, &c.) *aut*, vt alii homines, ingenti malo ingentem cauſſam reperturi ita ſtatuant, hunc hominem a daemone illapſo ad tanta mala & damna, quae ſibi aliisque infert, impelli; hi iam homines dicent daemoniacum, δαιμονιζομενον, daemonem imitantem, ſiue, quia vere ita ipſi ſentiunt, ſiue dedito conſilio, vt alios homines ſatis admoneant, vt ſibi ab eius vicinia & conſuetudine ſtudioſe caueant.

re & merito, confectum esse statuere potest, ipsos etiam Euangelistas, qui sic scribunt, ita de omnibus exemplis δαιμονιζομενων sensisse, vti vulgo homines solebant. Nisi enim iam antea aliquis ipse decreuerit, ingenti id momento pendere, vtrum Iesus furorem, insaniamque per miraculum amouerit, an vero, praeterea caussam sub sensus non cadentem, spiritum aliquem, tanti furoris auctorem, ex hominis furiosi corpore, in quo ὑποστατικως insederit, eiecerit, de qua atrocitate in scriptura sacra, praeter Euangelia, de quorum hic argumento quaestio demum est habenda, nihil exstat, quod clari documenti nomen habere queat: nemo profecto occupare potest, ideo semper hominem a daemone insideri, quoniam Iudaei ita loqui & opinari solent. Nondum igitur ad nos constat, Euangelistas fuisse ipsos in hac vulgata sententia.

III. Nec illud abnuerim, si quis pertendat, Euangelistas vtique ipsos sensisse (licet nondum inueniam eius rei documentum;) haec tamen illorum opinio, nondum efficit, vt etiam nos auctoritate hac quasi moti, statuamus, hos homines, de quibus ita senserint, a daemone semper inhabitatos aut actos fuisse. Nisi enim resciamus, cur recte & vere haec sententia ab ipsis suscepta fuerit, non habemus eam auctoritatem qua ad *credendum* & ad fidem opus est. Cum discipuli Iesu Iudaeorum opiniones alias, falsas, non solum ipsi addidicerint, sed etiam diu tenuerint, a quibus eos Iesus per vim & imperium non auocauit, quia hoc iam minus erat frugiferum, e. c. de Messiae persona vniuersa & conditione (20): facile apparet, eos etiam

(20) Hic autem error & vulgata opinio, de Messiae omni persona & munere, pertinebat profecto multo magis ad summam emendandae religionis caussam, quam opiniones hominum de daemonum in res corporeas, quod deus patiatur, imperio. Comparet aliquis Ioh. 12, 16, discipulos, etsi audiebant Iesu Christo acclamari, Hosanna, tamen *tunc demum* intellexisse, istud oraculum, laeta-

etiam in hac opinione aliquod tempus manſiſſe, ſi Ieſus ſapienter ſciebat, nondum opportunitatem emendandae opinionis, nihil ad id damni tum inferentis, adeſſe. Itaque ſi vel maxime narrantes ita ipſi ſenſerunt: tamen non ſequitur, vt eadem hodie ſentiendi nobis impoſita diuinitus ſit neceſſitas: niſi conſtet, eos a Ieſu ipſo aut per θεοπνευσιαν ea in ſententia confirmatos fuiſſe. Duplici enim modo illa auctoritas exſiſtere potuit; vt aut Ieſus ipſe hoc edixerit, ſemper inſediſſe daemones, quoties daemoniaci illi, quos alii ſic nominabant, ab ipſo ſanati fuerunt; aut ex θεοπνευσια id ſciuerint. Huius autem rei luculentum documentum non inuenimus, quemadmodum etiam eo id

laetare Zion &c. ad hunc Ieſum omnino pertinere, licet ſplendore externo deſtitutum. Et v. 34, populus dicit, audiuimus *ex lege*, Meſſiam *manere ſemper*; alibi, quaſi iuſta lex commemoratur, ex Galilaea propheta non venit: tamen iſta omnia Ieſus non aperte refutat, ſed ſenſim, & per facta. Iam, cum Ieſus iſtas vanorum hominum ineptias, quibus Meſſiam vltro exornabant, ſapienter paſſus ſit, & magis re ipſa & factis ſenſim refutarit, quam oratione multa correxerit: mirari non poſſumus, ſi eamdem docendi rationem praetulerit, in refellendis de daemoniacis hominum opinionibus. Potuerunt igitur & ipſi Ieſu diſcipuli de daemoniis adhuc errare; donec oriretur ex rationibus intellectis liberalis cognitio. Atque ratione non deſtituimur, ſi contendere audeamus, hunc docendi modum Ieſum ſapientiſſime tenuiſſe; aliter enim ipſa religionis interna indoles emendari non poterat. Si hominum aliorum ſententia, opinio, inſtitutaque extra diuinorum librorum fines nata, hanc auctoritatem retinerent, vt, ſine proditarum ad alios rerum inueſtigatione ſingulari, a cunctis ſtatim ſacrarum legum & religionis loco haberentur: numquam exſiſtere religio melior & libera potuit. Itaque Ieſus ipſe & ἐρευνᾶν τας γραφας iubet, & ſuas cunctas doctrinas ad deum ipſum refert auctorem: vt iam fuerit neceſſe, hanc doctrinam comparare cum ſcitis & ſententiis vulgaribus, ex qua comparatione, adiutore & auctore των ἠθικων & πνευματικων ipſo deo, exſiſtebat iudicium de praeſtantia & veritate religionis Chriſtianae; ſic ſenſim collapſa eſt opinio de daemoniacis & daemonum quotidianis aduerſus homines ſtudiis.

id redit, vt Ieſus ipſe ſtatuerit, neceſſe & e re doctrinae ſalutaris eſſe, vt daemonum euntium in corpora noſtra imperium truculentum ab omnibus hominibus credatur & confirmetur; de quo tamen & hebraica volumina ſacra omnia tacuerunt, & Apoſtolorum epiſtolae nihil praecipiuut. Supereſt igitur, vt diligenter obſeruemus, vtrum Ieſus ſapienter inſtitutionem de eo, quod erat ex ſuperſtitione hominum creditum, diſpenſarit: de quo dubitaturum arbitror aequiorum neminem. Si Paulus Iudaeis fuit Iudaeus, facile poterimus intelligere, nec Ieſum a ſapientiſſimo docendi κατ' οἰκονομιαν exemplo, quod librorum V. T. eſſe videmus, omnino receſſiſſe, nec falſas opiniones cunctas ſimul, praecipue de daemonum imperio phyſico, ſtatim & palam reprehendiſſe. Scimus adeo de diſcipulis eum ſuis hanc ſententiam prodidiſſe: multa ſunt, quae vobis exponenda eſſent, ſed eis capiendis adhuc eſtis impares; multo ergo minus, cetera Iudaeorum plebs cuncta ſtatim rectiora pati & capere poterat, in quibus opinando aberrabat.

IV. Igitur iam ad θεοπνευσιαν, narrandique ipſum modum, quo Euangelia conſtant, diligenter nobis reſpiciendum eſt: vt ne negligamus recte de daemoniacis ſentiendi vlla adiumenta. Etſi etiam θεοπνευσια eo non pertinuit, vt omnes de rebus vulgo obuenientibus repraeſentationes & ἐννοιας in auctoribus ſacris ita corrigeret, vt cum ipſis his rebus, de quibus ſunt, omnino & ſemper conuenirent, quae res fieri plane non potuit (21); adeo nec a deo praeſtita fuit; nam oporteret ſimul, factum

(21) Hi enim ſcriptores ſacri manent homines, tempore & loco & ratione ipſa nexus illius, in quo quisque conſtitutus eſt, ab hominibus cunctis ſemper diuerſi; iſta diuerſitas & varietas, quae etiam intelligendi varietatem ſecum fert, & ſapienti dei conſilio adeſt, & libertatem atque το ἠθικον inuoluit. Itaque θεοπνευσια huc non facit, vt ſcriptor de rebus iis, quae ſenſibus & intelligendi ſuae facultati ſubſunt, ſemper ita, vti poſteriores, & το διοτι, intel-

factum esse; vt omnes homines in eodem nexu a deo constituti essent, vt de istis rebus similiter, quam aliter sentiendi semper illis adesset maior ratio, quod e medio tolleret & libertatem hominum & varietatem, sapientiae diuinae praecipua documenta: tamen illud effecit, vt sapientissima ratione de rebus, factis, dictisque Iesu narratum fuerit, ita, vt pro diuersa temporum humanarumque rerum conditione saluberrima existat de religione christiana disciplina; quae adeo etiam de *daemoniacis* statuere potest alio tempore aliter, quam statuerunt olim & Iudaei & vetustiores rudioresque Christiani. Ad hanc diuinam & sapientissimam cognitionis nostrae dispensationem optandum esset, vt ipsi Christiani diligentius attendissent. Si enim nos dei sapienti rerum humanarum gubernatione sic vtimur, vt colligamus meliores de rerum causis sententias, deo etiam digniores: profecto illae plebis opiniones nobis hodie legem non scribunt.

Igitur ita narrant sacri historici, vt permutent varia vocabula & varias descriptiones, Marci 1, 23. *homo erat in* spiritu immundo (22); *hebraismum* hic nemo non agnoscit; pro quo *Lucas*

intelligat atque sciat: sed pertinet tantum ad scribentis eam auctoritatem, qua de religionis ipsius rationibus & capitibus praecipuis scribentem praeditum esse oportet. Illud igitur inde nascitur, vt sapienter & prout conuenit consilio dei, scripsisse credendus sit; scripserunt vero hominibus eius temporis & eius loci. Ipsum autem dei, Euangelistas ἐμπνευσαντος consilium, *non pertinet eo, vt hominum iam omnium de daemoniacis sit vna sententia;* licet de daemoniacis ita narratum sit, vti legentium varia conditio id & patitur & requirit. Istorum vero opinionibus deus nostra ingenia non subiecit.

(22) Eadem phrasi *Marcus* vtitur, c. 5, 2. homo *in* spiritu immundo, pro quo *Lucas* c. 8, 27. scribit, *habens* δαιμονια, sicut Marcus ipse v. 15, ἐσχηκως, qui habuerat, των λεγεωνα, Legionem dictum daemonium. *Esse in*, quod particula ב saepe prodit, significat, το δεινον, multum & magnum τεκμηριον

Lucas 4, 33, habens ſpiritum daemonii immundi, quae eſt hebraica deſcriptio inſanientis & damna lubenter illaturi, ſicut de

ειον appoſiti praedicati. Eſt autem nondum ſatis explicatus hebraismus, cui nomen רוח, πνευμα inſeruit. Non licet mihi hic eſſe verboſo; igitur breuiſſimis tantum explicare audeo. Πνευμα eſt, generatim agitatio; principium & fons vitae, in homine a ſigno eius, (flatus, halitus, ſpiritus,) deſignatus; inde *curtus flatu*, impotentis irae, quia ſpiritus per vehementiam crebrius ductus, indicat mutationem, determinationem nouam illius agitationis. Hinc fontem etiam actionum; ſuſcipiendorum a viuente conſiliorum & dirigendarum ad ea actionum; ſignificat ſtatum & vſum conſcientiae ſui & aliarum rerum ad nos relatarum. Dicitur igitur πνευμα ζωης, ζηλωσεως, πορνειας, πλανησεως, γνωσεως, σοφιας, φοβε. Haec omnia ſunt ex genere *accidentium*. Hinc, vt multorum loco, vnum excitem auctorem, *de* LAVNAY in remarques ſur le texte de la bible pag. 325, ſcribit: *eſprit*, pour paſſion, affection, Num. 5, 14. Iud. 9, 23, diſpoſition de volonté. Ieſ. 37, 7. Hoſ. 4, 12. 5, 4. Luc. 9, 55. Deſcribunt igitur Hebraei hoc nomine ſaepe bonas malasque mentis conditiones, quatenus ſeſe exſerunt in actionibus hominis. Tale πνευμα & רוח deus mittere dicitur, ſiue vltro hominem noua corporis mentisque praeſtantia augeat, ſiue contractam male faciendo malignitatem permittat. Πνευμα ακαθαρτον, inuenio, (haud ſcio an primus obſeruem) Zachar. 13, 2. ψευδοπροφητας, και πνευμα το ακαθαρτον εξαρω απο της γης. Hinc audeo nouam lucem ſperare ad ea loca, quae de daemoniacis agunt. *Spiritus impurus* ſignificat a) impulſum, motionem mentis a cauſſa non domeſtica, ſed extrinſecus, vt nobis videtur, prouenientem; inde etiam, mutationem conſcientiae rerum coniunctarum & noſtri ſtatus liberi per eam adhuc ad nos determinati; hinc homo εν πνευματι, facit & loquitur ea, quae a conſuetudine aut ſua aut ab omni humana ſolita abhorrent. Hinc etiam πνευμα vocatur, initium nouae rationis agendi in hominibus, per vim aliam, quam quae eſt hominis ipſius, factum; per quam ſolita peccandi & ſiniſtre de rebus ad nos relatis iudicandi conſuetudo, interrupta eſt. Pro vario gradu & impulſu illa dei vis ſalubris, non nocens, hominem, prophetas, in ecſtaſin rapit, &c. Contra ea, huiusmodi externa, noua vis peſtifera, hominem, a priſtinae conſcientiae ſtatu deiectum, impellit ad mala ſibi aliisque atrociter

inferen-

de *Saule* Rege dicitur. Quemadmodum enim interpretanda est ea phrasis, homo *est in* spiritu, sic & altera, *daemonium est in*

eo;

inferenda. Turbata enim serie solitorum sentiendi finium, succedit inusitata agendi vehementia, quae par est & aequalis confusioni omnium sensationum; quoque maior sufficitur extrinsecus, auersandorum nexus & multitudo, eo eo maior exsistit auertendorum illorum impetus. Cumque hi homines per externam vim impulsi nil nisi terrores & metus sentiant ingentes, quorum auctores daemones esse posse, si deus id velit, statuebant: ex duratione quadam harum turbationum exsistit quaedam nouae species conscientiae, vt daemonem sibi intime, quacunque id ratione sit, immistum nonnumquam sciant; aut plures daemones, si succedentem aut simultaneam diuersitatem malignorum impulsuum distinguunt. Hinc iam patet ratio narrandi illa, qua dicitur Iesus allocutus esse daemonium, & *illi* imperasse, vt exeat; alibi vero, cum *homine*, non cum daemonio, locutus esse. Nemo hinc elicere potest, diabolum *in* ipso homine exstitisse, licet homo eius rei sibi conscius esse videretur. Iesus autem non poterat aliter loqui, quam vt hic hominis turbatus conscientiae sui status permittebat; cuius extrinsecus interruptam mutationum naturalium seriem hac ratione restituebat, si iam intelligeert, impedimentum & auctorem malignum a se remoueri. Arbitror hic me hanc caussam & denominationem daemoniaci non nihil illustrasse. Hic, quem *in impuro spiritu* esse Iudaei dicunt, recedit a victu, a societate hominum, quia interrumpitur solita, quae eum adhuc regebat, rerum cum eo coniunctarum notitia & scientia. b) *Impurus* autem significat, harmoniam harum mutationum in euertendis & proculcandis legibus & iuribus diuinitus ad homines sancitis; βλασφημιας multas & continuum studium barbaro & inaudito more grassandi. Hinc intelligi forte melius poterit, cur Iudaei coniungant criminationes istas, in Iesum, βλασφημεις, & daemonium habes. Homines igitur omnes ita furentes, vt contra ius & fas diuinum & humanum aduersus se & alios semper agant, dicunt non solum esse in spiritu, in emotae mentis statu, sed etiam in *impuro* spiritu. Cum vero & *Iudaei* alii & *Sadducaei* hac eadem phrasi in diuersis vtantur voluntatibus: supereſt, vt semper adhuc in id inquiratur, vtrum deus naturali tantum ordine ad hanc mentis mutationem vsus sit, an vero etiam, quod ille ad consilium dei non sufficeret,

eo; habet daemonium; iſta non infert, hominem ὑποσασιν ſuam tantisper miſcuiſſe cum illa daemonis; ſic & haec non dicit, aliam ὑποσασιν in homine fuiſſe, ſed κατα τι, χετικως, ratione cauſſae & miniſterii maligni ſic dici ſolere, per quod homo a ſtatu ſanae in ſe aliosque mentis deiectus fuerit. Ideo in *ſynagoga* fuit, vt ſuper eo preces & exorcismi fierent. *Marcus* v. 32. iungit, τϐς κακως ἐχοντας και τϐς δαιμονιζομενϐς, *geteufelte*, vt in *Herborn.* bibliis redditur, mallem, morem diabolicum, daemoniorum adſciſcere ſolitos. *Matthaeus* 4, 16, tantum hoc poſtremum verbum poſuit: itaque *Marcus* per praemiſſam deſcriptionem diuerſos gradus innuit, ſicut & *Lucas* inuoluit, qui ſcribit c. 4, 40. ἀσθενουντας νοσοις ΠΟΙΚΙΛΑΙΣ; qua phraſi *Marcus* v. 34, vtitur tamquam minori, κακως ἐχοντας ποικιλαις νοσοις, addita maiori, και δαιμονια πολλα ἐξεβαλε, και ὐκ ἠφιει λαλειν τα δαιμονια, ὁτι ἠδεισαν ἀὐτον, ſcilicet, τον Χριϛον εἰναι, vt Lucas addit v. 41. Poſtremam hanc orationem illuſtratum ibo in margine (23). Hic adhuc illud obſeruo, *Marci* 1, 42. occurrere phra-

ret, externam ſpiritus cuiusdam operationem adeſſe iuſſerit; hoc Sadducaei negabant, licet dicerent *ſpiritus bonus*, *malus*.

(23) Scimus ſaepe Ieſum vetuiſſe, vt ne ante tempus publici quaſi nomenclatores quidam exſiſterent, qui, id grandi ore concelebrarent, ipſum eſſe filium Dauid, ſeu Meſſiam: cuius rei ratio non eſt obſcura. 1) Pertinebat enim ad vniuscuiusque propriam erga Ieſum libere ſe gerendi rationem, vt ipſe per gradus cunctos ferendi proprii iudicii ire poſſet. Videmus igitur Ieſum Iohannis diſcipulis non reſpondere κατηγορικως, qui quaerebant, vtrum ſit *ille* venturus, an vero exſpectandus ipſis ſit alius; adducit eos ad vſum motae per miracula & doctrinam liberae rationis, vt ſimul inciperent mutare & corrigere praeconceptas de Meſſiae ſplendida gloria opiniones. Similiter etiam Plato reſpondet, non κατηγορικως, quae res impetum hominibus addidiſſet, & minuiſſet Iudaeorum ἀναπολογησιαν. 2) Si absque illo ſapienti modo fuerat, imperita multitudo res nouas contra Romanos aperte molita fuiſſet, impedimento pro occaſione erroris domeſtici vſura. Sed hic iam ad id reſpiciendum, quod

phrasin, ἡ λεπρα ἀπηλθεν, *abiit* lepra, qua & *Lucas* 5, 13. vtitur; ex verbis igitur illis, ἐξηλθον, ἐξηρχετο δαιμονια, non con-

 ficitur,

quod Marci 1, 34. cap. 3, 11. 12. Luc. 4, 41. dicitur, *daemonia* sciuisse hunc Iesum esse Christum seu exspectatum liberatorem; & Iesum silentium eis imposuisse, ne ipsum manifestarent. Haec oratio est omnino illorum temporum & hominum, non καθολικη. Ideo vetat Christus testimonium de se diabolicum, quia Iudaei omni iure illud reiicere poterant. Per diabolum enim nemo vnquam de veritate theologica poterat aut debebat conuinci: Atque excusanda a nobis est Chrysostomi & quorundam aliorum rhetoricatio, qui daemonas diuinitatis Christi praecones dixerant. Pseudopropheta & πνευμα ἀκαθαρτον est Iudaeis, auctore sententiae deo, idem; nec ea, quae δαιμονιζομενοι, in hoc statu loquuntur, possunt ad ipsam religionem & eius caussam recte trahi. Inquiramus autem in hanc sententiam: daemones sciebant, Iesum esse Christum, filium dei, ipse autem vetuit, hoc ab iis prodi. Occupemus, diabolos καθ ὑποςασιν adesse & hoc prodere. Non adsunt, nisi iussu dei peculiari; & ob rationem cum consilio missionis Christi coniunctam, vt huius veritatem & auctoritatem claris experimentis summi in ipsos imperii ad homines adiuuarent. Itaque ipsi conuicti erant, Iesum esse Christum; cum sint ad mendacium & fraudem omnino compositi, lubenter & ex studio in deum aut homines, hanc Iesu laudem & auctoritatem non confitentur; ergo coacti, & contra voluntatem solitam id produnt. Cogi non poterant, nisi per gubernationem & imperium dei. Tamen a Iesu ipso, noua & contraria auctoritate, hoc profiteri vetantur. Apparet igitur hic inesse difficultatem non leuem, cuius explicationem nemo iam poterit pro inutili aut temeraria habere. Ego interea, dum meliora doceat, in eam sententiam pendeo, haec dici ex vulgata hominum opinione, quia daemones longe plura scire, quam homines, credebantur. Ψευδοπροφητης & πνευμα ἀκαθαρτον Iudaeis est idem, vt vidimus ex loco Zachariae. Quidam horum δαιμονιζομενων simul prophetas agebant, seu de mutatione rerum Iudaicarum etiam de religione, quasi ἐνθεοι, sermones habere solebant. De Iesu multi iam diu rumores erant, inde ab ipso nato, angelorum etiam testimonium nacto. Nec Iesus sine sociis suis venire solebat, & saepe non sine multitudine aliorum. Itaque poterat facile contingere, vt huius generis homo, qui de religionis & rei-

publicae

ficitur, daemonia esse in homine ὑφισαμενα. Daemonium habere dicitur Iohannes, quia panem non edit, nec bibit vinum; seu quia solito victu & habitatione in vrbe non vteretur. A rationis igitur vsu alienus videbatur; id vero daemonio tribuebant. Ergo non omnes habent daemonium, qui a Iudaeis habere daemonem seu malum spiritum in corpore, sine hac nostra notione, dicuntur; seu, alia est ibi huius vocabuli notio, quam quae sequuta per secula & apud φιλοσοφικωτερους obtinet. Marcus, 3, 22. refert scribarum hierosolymitanorum de Iesu sententiam, *Habet* Belzebulem, seu principem daemoniorum; hic ἐχειν, *habere*, alio significatu occurrit, quam vulgo attenditur: scil. ad manus ei est, socius & minister Belzebul, sine Iesu vexatione, morbo, damno. De Maria Magdal. Luc. 8, 2. δαιμονια ἑπτα ἐξεληλυθει, intelligo, cum patribus quibusdam, per hebraismum, de vitiis & flagitiis immanibus; siquidem *Lucas* hic iam coniunxerat, πνευματα πονηρα και ἀσθενειας. De Belzebule vero satis patet, Iesum ἐξ ὑποθεσει Iudaeorum disputare; nec ad nos sancire pharisaeorum reperta & παραδοσεις, de rebus ad religionem ex ipsorum arbitrio, pertinentibus. Illorum enim vniuersa tum religio, ideo fuit falsa, inepta atque indigna deo, quia de daemonibus tales opiniones consecrauerant, quarum in V.T. fuit nulla auctoritas. Quae res confirmatur per illam parabolam, de spiritu immundo (*parabolam Belgae*, *Maldonatus* & alii fatentur;) qui per loca arida circumit &c. Facile videmus, haec figmenta ex vocabulo צִיִּים, *Ziim*, quod habet notio-

publicae conditione meliore solebat in isto statu emotae mentis loqui, talem orationem habuerit. Eius generis est illa oratio, rogabant vt ne *ex illa regione eiicerentur*, & *venisti nos βασανιζειν ante tempus*. Isti omnes loquendi modi sunt fundati & iuncti in solita opinantium hominum serie & consuetudine: atque, si id sit, non possunt euadere sententiae simpliciter theologicae; nisi quis daemoniacorum magisterium velit lubentior pati, quam solebant Iudaei. His difficultatibus explicandis, opus est, vt porro detur opera.

notionem *aridi*, *ficci*, ſenſim collecta fuiſſe a Iudaeis poſterioribus. Haec igitur demonſtratio a Ieſu neceſſario κατ' ὑποθεσιν tantum informata eſt; ad conuincendos autem talia opinantes Iudaeos multum faciebat; atque huc praecipue pertinet *Marci* 4, 33, *talibus multis paraboli*s loquebatur ad eos, ad plebem, καθως ΗΔΥΝΑΝΤΟ ἀκουειν (24). Iam obſeruo diuerſitatem additarum deſcriptionum miraculi in Gadarenorum finibus; Matthaeus tantum generatim deſcribit; Lucas addit, veſtimentis non vſum fuiſſe, nec manſiſſe in domicilio hominibus ſolito (25), & cum *Marco*, *catenis*, *compedibus* ſaepe vinctum, ſed iis ruptis indomitum in monumentis, & *montibus egiſſe*, ſeque lapidibus caecidiſſe. Contigit autem haec hiſtoria extra terminos Iudaeorum, inter Graecos Romanosque incolas. Negari non poteſt, hic deſcribi hominem furioſum, quem *catenis* & vinculis conſtringere ciues ſolebant. Igitur *ſecundum quid*, malum ſpiritum & plures ſimul daemones de eo praedicant; ratione ἐνεργειων & impulſuum variorum, quibus ſana intelligendi & cogitandi vis corrupta & impedita fuit; quae externae, nouae ἐνεργειαι, quoniam corpore pro inſtrumento vterentur, conſtrictis membris & ipſae conſtringi poſſe putabantur. Inuſitati plures modi, quibus malignus ille impulſus hominem

(24) Matth. 13, 34. ſimiliter dicitur, ταυτα παντα ἐλαλησεν ο Ιησους ἐν παραβολαις τοις ὀχλοις, ad *populum*; & ſine parabola non locutus eſt eis. Nempe ideo minus aperte & categorice Chriſtus iſto tempore docuit, quia non *poterant* aliter vtiliter audire. Quid hoc eſt aliud, quam Ieſum ſapienter ad captum hominum de nouis his doctrinis locutum eſſe, ſeu iis remediis & ſubſidiis cognitionis tradendae vſum eſſe, quae fuerunt ad eius conſilium optima; vt, non obſtantibus plebis tum opinionibus vulgatis, per excitatum cogitandi de ſenſu parabolarum ſtudium, ſucceſſu temporis, cognitio locum opinionum occuparet, & hoc examen liberum falſum religionis modum euerteret.

(25) Similiter *daemonium* apud *Philoſtratum*, loco antea allegato, minabatur illi puero κρημνες, βαραθρα.

minem per varia rerum corporearum & ſenſibilium vehicula omnino afficiebat, dici poſſunt *plures* daemones; quemadmodum Luc. 9, 1. παντα τα δαιμονια ideo dicuntur; c. 10, 19, πασα δυναμις τȣ ἐχθρȣ ipſe homo autem, δαιμονιȣθεις, Daemon quaſi ipſe effectus, ob ingentem vim in inferendis ſibi aliisque damnis; & vniuerſus horum impulſuum in corpore praeſentium ſtabilis nexus, πνευμα immundum, in numero ſingulari. Miſer homo, qui varietatem inuſitatae malignitatis corpus afficientis ſentiendo diſtinguebat, nomen ipſe reperit, multitudini impellentium φαινομενων, *Legio; latinum*, quia inter Romanos vixit, non hebraicum; vnde colligi poteſt, eum hebraice loqui non potuiſſe, ſed ἑλληνιστην aut proſelytum inferioris ordinis fuiſſe. Si priſtina illa mentis perturbatio ab homine iam abeſſet, & multos porcos ſimul ille in mare deiici conſpiceret; plurium daemonum impetus hominem reliquiſſe & in porcos iam verſus eſſe dici poterat (26). Illa autem oratio, quae per os huius inſani adhuc

(26) Fateor interpretes quosdam fere ineptire mihi videri, cum tradunt, huius partis hiſtoriae eſſe eum ſenſum: hos homines daemoniacos ipſos impetum in porcos feciſſe; & hanc rem Euangeliſtas, ſcriptores ſacros, his tantis verbis deſignaſſe. Si iſti homines ſimul cum porcis ſe praecipites dediſſent, tum facile crederem eorum furorem impellendis bis mille porcis, & abſterrendis τοις βοσκȣσι cunctis, parem fuiſſe. Grex ille erat non paruo internallo remotus ab hoc loco, vbi Ieſus daemones eiicit; hique daemoniaci continua rabie infeſtam reddiderant partem hanc regionis, ita vt per eam viam nemo ſoleret ire; quam ob rem certum eſt paſtores non paruo internallo gregem hunc remouiſſe. Debebat itaque oſtendi, ſtatim daemoniacos illos, qui ex *ſepulcris* prodibant, Marci 5, 2, potuiſſe ad locum illum paſtorum penetrare; gregis autem ingentem & ſubitum impulſum per tempeſtatem & vehementiam venti aut per eius inſtar, quo porci varie afficiebantur, non contigiſſe; hoc nos putamus. Nec profecto hi homines, aut ex illis alter, circumire poterat, & collaudare, ὁσα ἐποιησεν αὐτῳ ὁ Ιησȣς, ſed multo magis narrandum fuiſſet, ὁσα ἐποιησεν ipſe homo αὐτοις τοις χοιροις. Itaque niſi opine-

adhuc hominis proferebatur, neceſſario conueniebat cum hoc eius ſtatu, quem ſibi conſcire ſolitus erat (27). Matth. 17, 15. σεληνιαζεται filius meus; Marci 9, 16, ἐχει πνευμα ἀλαλον, & quidem

opinemur, omnes homines fuiſſe ad audiendum talem dei praeconem pronos, licet ſcirent, eum ipſum porcos praecipites egiſſe: ſtatuendum vtique eſt, vim aliam externam, iſtos porcos merſiſſe, & parum abſum, quin ſtatuam, Ieſum per fulmen immiſſum porcos praecipites egiſſe. Vtitur certe ipſe eo ſymbolo ad deſignandum Satanis ingenium maleficum: vidi Satanem e caelo *ſicut fulgur* lapſum. Fulmina autem, quia nocerent, daemonibus ſeu malis angelis, a Iudaeis tribuuntur. Externum aliquod documentum adfuit, e quo homines ſcirent, iſtos furentes iam liberatos eſſe ſuo infortunio.

(27) Iſti ſermones, qui dicuntur eſſe daemoniacorum, & qui hic narrantur, ſunt ex perturbatione naturalis in corpore ſtatus; ſed vtrum, ea perturbatio ſit ſine daemonis operatione, diſputatur. Non abeſſe hanc malignam operationem, poteſt videri ſatis veroſimile, ex collatione initii V. Teſtamenti. Subſtantia quaedam ſpiritalis mala, quemadmodum olim euerſum iuit ſalutarem dei ad homines inſtitutionem: ita & Ieſu Chriſti doctrinam impedire conabatur. Ad homines in metu inſano retinendos excitat forte in homine per ſenſationis malignitatem iſtum cogitandi modum, vt roget Ieſum, ne *extra* hanc χωραν expellatur Marci 5, 10, vt homines opinentur, eos ibi denuo nouos metus & terrores excitare poſſe, niſi peculiaribus caerimoniis placentur. Nomen etiam ſibi adſciſcit *legionis*, ut homines affatim metuant, & ſacrata caſca vocabula ἀποτροπαια ſtudioſe requirant. Prodit porro, nondum tempus eſſe, quo daemonum metus & pauores inter homines ceſſent; βασανον contingere ad daemones per Ieſum ſimili ratione, ac per alios ἐπαοιδας & exorciſtas. Tandem exclamat, hunc Ieſum eſſe filium dei altiſſimi, Meſſiam: vt ille intempeſtiuus teſtis Iudaeorum aduerſus Ieſum furorem augeret. Iſta poſſunt ad theologicum locum pertinere; ſed & licet rem aliter fingere; vt hi homines loquantur ex longa furoris conſuetudine, quae omnia fecit diabolorum plena, quia ſolebant a pueris talia prodigia audire & monſtrata intueri.

dem παιδιοθεν (28), atque τετο το γενος non exit, εἰ μη ἐν προσευχῃ και νηστεια. Hoc remedium morbo, ex vitio naturali orto, non omnino conuenit; contingit enim, vt piiſſimi parentes infantes debiles & vitioſos pariant & habeant. Eſt igitur aduerſus vim peruerſae imaginationis; homo ille, ſi cibus ſubtrahitur, ſi in precum quadam conſuetudine agitatur, redit ad veram & iuſtam ſui conſcientiam. Illum vero ſtatum diabolo tribuebant Iudaei; itaque phraſis illa vſurpatur. Poenae in loco ſolebant Iudaei reputare. Si vero homines ſatis excitati ſunt ad deum ipſum vera religione amplectendum, quod ſine precibus & legum aduerſus ſenſilium rerum impetum ſcientia & obſeruantia nec fit nec continuatur: tum deus conſilium ſuum conſecutus eſt, & daemonum, inuſitatoque vllo miniſterio non vltra vti credendus eſt. Μεγαλειοτης θεϑ, Luc. 9, 43, in illuſtri tum loco poſita eſt, & nemo, niſi ſciens & volens, veram religionem amplius ignorat. Marci 9, 38, idem eſt eiicere daemonia, & facere δυναμιν. Sed numquam eiectum fuit daemonium, ſine curato corporis morbo; ergo morbi dicuntur daemonia, quia ab iis inferri vulgo credebantur atrociores; nam morbi, qui ſine impetu & tumultu eſſent, non dicuntur daemonia. Ioh. 7, 20, dicitur a Iudaeis, *daemonium habes*, quia falſo opinaris, malum ingens aliquod tibi inſtare, quod non inſtat. Videmus igitur ſatis clarum & hoc exemplum, hebraicae loquendi conſuetudinis. Similiter & cap. 8, 48, 52, daemonium habet,

(28) Cum non deſint infantes *muti*, ex vitio corporis ipſius: oportet, vt hic puer olim locutus fuerit, vnde credi potuerit, eum ſine naturali vitio & labe eſſe, nouumque damnum huius facultatis eſſe a cauſſa non naturali & ſolita. Cur autem huic puerulo id ſcaeui euenerit, ſapientiae, religionem veram adiuturi dei, vnice deputandum eſt. Hoc confirmo ex *Ioannis* 9, 3, huic ideo *caecitas* accidit, *vt manifeſtentur opera dei;* per miraculoſam fanationem homines eo adducebantur, vt ipſi iam ſtudioſe de deo & eius colendi meliori modo cogitarent.

habet, qui inusitata & inaudita proloquitur. Cap. 9. Ioannis est clarum documentum, morbos alios, caecitatem, lepram, quia sine furore in alios & rabie essent, daemonio numquam deputatos fuisse. Hinc Luc. 10, 17. discipuli addunt hunc gradum, KAI, *etiam*, δαιμονια, violentiores morbi, quorum indoles est satanica, sub nostra potestate sunt; v. 19. adhibet Iesus Iudaicum loquendi genus (29), potestatem vobis dedi calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem δυναμιν τε ἐχθρε; quasi animalia venenata, quia damna corporibus nostris inferant, pertineant ad δυναμιν illius hostis, qui ἐξοχως dicitur

(29) Omittere nequeo hunc versum 18, ἐθεωρεν τον Σαταναν, ὡς ἀςραπην ἐκ τε ἐρανε πεσοντα, quod Ioh. 12, 31. dicitur, ὁ ἀρχων τε κοσμε τετε ἐκβληθησεται ἐξω. Scio interpretes plerosque omnes hic ad potestatem diaboli in hominum animos tantum respicere; quosdam etiam quasi in *calendario* diem notare; vt ne quid pereat iudaicae superstitionis, ad nos sancte transferunt. Sed de ista sublimiori parte isto tempore Iesus non praecipue loquebatur; exagitanda prius erat haec vulgata opinio, inepte & χυδαιως de daemonibus & angelis, corporeas res cunctas mutantibus, statuentium. Christus vniuersam diaboli rem & potestatem proiici dicit, sed illam vulgo creditam simul, & isto adhuc tempore praecipue. Apostoli postea clarius & castius de hoc tenebrarum regno *interno* locuti sunt. Princeps mundi est phrasis Iudaica, Pharisaeorum repertis tribuenda, si attenditur ad longum opinandi genus, quo scatent libri Talmudici: quasi angelus quidam malus in terrarum orbe, praecipue in *gentes* & gentibus similes, imperium grande tenuerit, licet sub deo adhuc constitutus. Difficiles sunt & vetustae huius generis nugae, quibus omnis religio plane corrupta fuit. Hic e caelo, ex isto fastigio (vti fere Capernaum ἑως τε ἐρανε ὑψωθεισα, dicitur, Matth. 11, 23.) vt Iesus symbolice tum vidit, per meliorem doctrinam, deturbatus fuit, vt in terrarum orbe dei vnius imperium, non diuisum cum diabolo, amplius crederetur. Christiani iam, omnes Christi discipuli, de Satana & eius ad damna corporea inferenda ministris daemonibus, haud paulo minus & credent & statuent. Ita profecto & haec Iesu miracula nos instituunt, & Apostolorum epistolae, vt a diaboli in humanas res physica potestate nihil timeamus; moralem vero etiam infractum semper eamus.

citur hominum hoſtis, a Iudaeis autem maxime ob poteſtatem in corpora timebatur. Loquitur enim omnino de omni malorum, quae ad corpus pertinere poſſunt, genere. Etiam in oratione dominica, ῥυσαι ἡμας ἀπο τȣ πονηρȣ, ſententia informatur ſic, vt homines bono & forti animo eſſe audeant, abiecta metuendi illa conſuetudine & ſuperſtitione.

§. X.

Iam colligamus ex hoc narrandi vario modo certiora quaedam momenta, de daemoniacis. Patet igitur ex iſta θεοπνευστων narratione varia, 1) Iudaeos de multis hominibus daemonium praedicaſſe, propter nociuam furoris indolem. 2) Quia furentes ſunt a mente ſana deiecti, prouerbii loco fuiſſe, vt diabolum habere diceretur, qui ἀτοπα & a religione Iudaica vulgari abeuntia dicere videretur. 3) Ex ſolis illis deſignationibus, δαιμονιζομενος, δαιμονιον ἐχων, ἐν πνευματι ἡ πονηρῳ, confici non certo poſſe, vt iſtos homines omnes a ſpiritu quodam maligno, hac illa ratione, ſemper male habitos fuiſſe ſtatuendum nobis ſit. 4) Quasdam tamen hiſtorias ita comparatas eſſe, vt facile apparere lectoribus quibusdam, imo multis, licet non cunctis omnium temporum, poſſit, interceſſiſſe aliquod antea inuſitatum operationum genus, ad vehementer turbandam & peruertendam corporis mentisque ſanitatem. De hac re liberum eſt cuique arbitrari. 5) plane non conſtare, vtrum tales mutationes ab inſidente corpus humanum καθ' ὑποσασιν daemone; potius id alterum, quod ab eius operatione quadam externa deriuandae ſint (30). 6) Has operationes ex peculiari & omnino

ſingu-

(30) Cum *Marcus* 5, 9. in *maſculino* ſcribat, Ieſus interrogauit *illum*, hominem, ſicut & Lucas 8, 30, non vero ad ipſum daemonium, *in neutro*, facile patet, daemonium non inſediſſe hominem ipſum, aliter *homo* ipſe, non potuiſſet ita loqui, vt ratio fuiſſet deſignationis, ἀυτος, ὁς. Niſi quis velit

nouo

ſingulari conſilio dei, quod iſtorum temporum rationes in ſuo genere indiuiduas & Ieſu Chriſti doctrinam complectebatur, locum potuiſſe habere. Cuncta Ieſu miracula eo pertinebant, vt fides tam ſingularis & nouae perſonae, quam gerebat, ad homines longe optimo ſufficientique modo fieret. Igitur, miraculum eiectorum daemoniorum, vtcunque eius ipſa quaſi materia circa quam deſignetur, non eſt eiusmodi, vt conuicti eſſe poſſimus, exſiſtere vmquam, poſt luculenter amplificatam Ieſu Chriſti doctrinam, ſimilem conditionem & ſtatum rerum,

nouo vnionis hypoſtaticae genere theologiam ex inſipida daemonologia augere. Semper igitur differebat ὑποςασις daemonis ab ὑποςασει hominis; & cum de daemonibus ſcriptura ſacra praecipere huius generis tam inepti nihil poſſet, inque ea nihil exſtet: Omnes propoſitiones debent ex aliis nobis notis rebus aut veritatibus diiudicari. Negligentia interpretum hic non ſemper accuſanda eſt; ſaepe temporum ratio, ex dei conſilio, ita tulit, vt in huius generis rebus, quae non ſunt de eſſentia chriſtianae religionis, aberrarent; & hoc exemplo debebamus ſemper manu duci & doceri, nullas ad nos valere *patrum* vel doctorum ſententias, niſi quarum rationem ipſi intelligimus. Corrupta eſt magna pars religionis Chriſtianae, poſtquam Chriſtiani a doctorum pendebant noua auctoritate, & cognoſcendi ſuam facultatem ad iſtius modum circumſcribebant. CYPRIANI inueni primam illam truculentam phraſin, *de obſeſſorum corporibus eiiciuntur; de obſeſſis corporibus exire* coguntur. Inde inter *latinos* latiſſime patuit hic error. Errorem opinandi dicere audeo; certe non eſt propoſitio theologica, aut hermeneuticae ex S. S. veritatis. Illud ἐκβαλλειν, *eiicere*, induxit interpretes; non vero refertur ad corpus ipſum hominis, ſaltim de ea finitione in ſcriptura ſacra exſtat nihil: ſed refertur ad nexum praeſentem & ſymbolum aliquod externum, quod homo dabat, cum ſanaretur; hic vero nexus non conſtituit neceſſario inhabitationem daemonis. Eiectus dicitur daemon ex homine, cum homo deſinit iſto modo furere; quia nulla documenta mentis perturbatae poſtea edit. Marci 1, 43. Ieſus ἐξεβαλε leproſum, non ex ſe ipſo, ſed ex hoc praeſenti nexu, qui erat in ſocietate Ieſu. Graecum vocabulum reſpondet hebraicae coniugationi Hiphil, iuſſit abeſſe, recedere.

vt deus daemonibus operationes in corporeas noſtras res permittere aut iubere poſſit. Fuit enim tum materia miraculi edendi; ſed ſecutis temporibus miracula nulla erant, quia ceſſauerat materia illa. Etſi autem facile conficere me poſſe confido, *numquam* ad nos ſatis conſtare, *poſt illa* naſcentis religionis chriſtianae tempora, diabolum homines *obſediſſe*, in corpore καθ' ὑποστασιν praeſentem, quod nec antea contigiſſe ex vllo documento certo ſcimus: tamen ab illo hic loco, quia eſt theologicus, dogmaticus, me iam abſtineo, cum hic tantum *hermeneuticam* ſcriptionem inſtituerim.

§. XI.

Supereſt autem adhuc illud, vt efficiam, hanc determinationem, morborum cum furore in alios coniunctorum quorumdam ortum, qui ad daemoniacas operationes refertur, in ſacris quibusdam narrationibus ſuppeditari videri: quoniam a quibusdam interpretibus huius generis origo inaudita, omnino negatur (31). Rem hic ipſam ſpecto, de qua ita ſentio: narrationes quasdam Euangeliorum id ſecum ferre poſſe, pro ratione lectorum. Ceterum ipſe vltro fateor, ipſi rei chriſtianae, (quae a recta de Chriſti conſilio ſententia, non vero ſimul a diaboli quodam huius indolis miniſterio, *ad nos* hodie pendet,) decedere nihil (32), ſi maxime nihil diabolici hic ſtatuatur; ſed hoc non

(31) WETSTENIVM, BEKKERVM, principes nomino viros; ex antiquis *Poſidonium*, Medicum; de quo *Phitoſtorgius* narrabat.

(32) Dolendum magnopere eſt, multos ſcriptores theologicos funeſto quodam & quaſi ſacro impetu id magis egiſſe, vt de diabolis bene multa hodieque *credamus*: quam vt inſignes leges amoris, & ex ſapienti conſilio dei nexum cognitionis noſtrae & cum rebus ipſis fluxum, ſtudioſiſſime obſeruauerint. Niſi ſcirem multos ſe & ſuum ſenſum nimis adamare, licet deum & ipſam cauſſam religionis ſimul prae ſe diligenter ferant: opinari auſim, multos diabolum

non facit, vt hermeneuticae cauſſae huius diſcuſſioni nihil decedat. Itaque his rationibus vti aliquis poteſt. Iudaei & Graeci opinionibus de daemonibus ſeque & alios impleuerant; *Sadducaei* daemonum maleficia non ſolum, ſed & Angelos bonos miniſtros negabant: vtrique de errore peſtifero, illi, ſuperſtitionis, hi mechanismi fatalis, conuincendi erant. Morbi & furores nullo tempore fuerunt rari aut inuſitati; fuerant etiam huius generis mala per miraculum olim ad Moſis auctoritatem, tam ad Iſraelitas, quam ad Aegyptios & alias gentes ſtabiliendam, a deo inflicta; multi etiam prophetae mala phyſica per miraculum ſuſtuliſſe narrantur. Similia & inter exteras gentes fama vulgari, quam nos falſam eſſe ſcimus, celebrabantur, inde ab HOMERI tempore. Iam, cum Ieſus longe meliorem religionem ſub iſta tempora ad omnes homines confirmatum iret: opus erat, vt & Iudaeorum & Graecorum grandes aberrationes per

bolum & daemones amare & reuereri, quam ſe aliosque homines magis. Negari non poteſt, 1) Ieſum feciſſe miraculum, licet eius obiectum non credatur fuiſſe daemon ἐνυποστατος homini; 2) Iudaeos ſaepe abuti nomine *malus ſpiritus; daemonem*, graecis ſignificare animam mortui. 3) Ante has Ieſu Chriſti res geſtas, occurrere in ſcripturis V. Teſt. de daemonum hominem ὑποστατικως inuadentium, nihil, documentum nullum. 4) Non eſſe hominum omnium de iisdem rebus ſententiam eandem, nec deum ſub piaculo ſanxiſſe, vt de daemonibus omnes chriſtiani hoc ſtatuant, quod credunt plerique. 5) Ex vetuſtis patribus quosdam non parum haeſiſſe, & alicubi fluctuaſſe in ſententia ferenda. 6) Interpretes illos, qui aliter ſtatuunt, retinere & S. S. & chriſtianae religionis ſtudium: tamen, quod eſt ſtupendum, multi daemoniacos, & communem deſcriptionem vltro repertam, ita defendunt, quaſi iſta ſex momenta plane non adeſſent. Sed ſolent multi mordicus tenere παραδοσεις patrum, piorum & honoratorum hominum, ſicut olim Phariſaei faciebant idem. Poteſt vera eſſe haec hypotheſis; ſed plerique eam tantum ex παραδοσει tuentur, non ex cognitione; poteſt autem etiam tantum narrari, pro eius temporis conſuetudine, & vt iſti auditores lectoresque facilius ſalubriusque intelligerent.

per eam arguerentur. ARGVI autem poterant partim per doctrinam explicitam, partim per facta Ieſu Chriſti. Plerique autem omnes iuſto amplius de malorum ſpirituum imperio ſtatuebant; quidam alii iuſto opinabantur minus, religionis rationes & adiumenta alia cuncta reiicientes, niſi quae ab vnoquoque pro ſuarum rerum conditione & cognitione diuerſa vltro reperiri ſolerent. Cum vterque hic mentis error bonam religionem iniuria fere aequali conuelleret: facile intelligi poteſt, ſingulare quoddam dei conſilium hic tum locum habere potuiſſe, quod omni tempore alio locum non habebit. Itaque partim per narratas Ieſu Chriſti doctrinas, partim per eius res geſtas, hominum ſiue ſuperſtitio ſiue ſegnities & torpor moralis, pro varia errantium conditione, corrigi poterat. Quod ſi igitur eum narrandi modum hic inuenimus, vt, niſi vehementer atque iniuſtiſſime omnia torquere & cogere in vnum tuum opinandi modum velis, occurrant quaedam indicia operationum in homines inuſitatarum: ſequitur, vt rationibus non ἁπλως deſtituantur, qui negant, tantum phyſica nec inſolita hominum mala hic narrari, licet non minus ſint iniqui illi, qui ſemper & vbique non ſolum daemonis cuiusdam operationes adeſſe ſibi aliisque quaſi ſub piaculo perſuaſum eunt, ſed etiam hos homines noua quadam ὑποσασει diabolica liberaliſſime ipſi augent & ineptiſſimae opinationi ex his Euangeliorum locis praeſidium moleſte ſeduli arceſſunt. Huius enim opinationis, quae nobis cogitantibus, ὑποσασιν (praeter ἐνεργειαν) daemonis ſimul in ipſo daemoniaco homine offert, nec vola nec veſtigium in S. S. per hermeneuticas rationes reperiri poteſt.

Non eſt mihi hic praetermittendum, WETSTENIVM, qui multa vtiliter ad hanc cauſſam collegit, vt fieri ſolet, ſi inueteratae & falſae opiniones primum excutiuntur, iuſto longius abiiſſe, cum negat, notis ad Matth. IV. p. 281: recte a nobis reſponderi, (ſi a nobis quaeratur, cur iſto praecipue tempore diabo-

diabolus hanc in corpora hominum exſeruerit poteſtatem), dei permiſſu id hic contigiſſe, vt Chriſtus eo ampliorem ſanandi haberet occaſionem atque materiam. Etſi enim ipſe ad ſanandi occaſionem & materiam minime me recipio, quippe quae vtique non deerat, vbi hominum ſiniſtram valetudinem & corporis malignitatem varie ſibi contrahentium ſimilis erat viuendi, gignendi, educandique liberos ratio, ac hodie eſſe vbique ſolet: tamen falſo & ſine iuſta ratione refutandi materiam deſumit ab Agyrtarum exemplo, qui venenum bibant, vt theriacae ſuae praeſtantiam praeſenti documento probent. Niſi enim aduerſus dei ſapientiſſimam bonitatem vltro inſurgere audeamus: ſcimus ex S. S. deum minora mala nobis prudenter immittere, vt a maioribus nobis aliisque caueatur. Itaque iſtud exemplum inertis hominis, & improbo conſilio hominumque vanitate in ſuam rem temere abutentis, ad hanc cauſſam nihil omnino facit. Similiter iniquum & impium eſſet, SENECAE illo loco, de benef. 6, 26. hic vti, „nequitia eſt, vt extrahas, mergere; „euertere, vt ſuſcites; vt emittas, includere. Non vulneres „me malo, quam ſanes.„ Iſta enim omnia partim ſine omni iure & bona ratione homo homini facit, partim ſine vllo alterius bono, ergo cum damno & detrimento certo. Si igitur Chriſtus ipſe, Ioh. 9, 3 nos docet, ex peculiari dei conſilio iſtum hominem, ſine praecipuo ſuo parentumque id merentium peccato, caecum natum fuiſſe: profecto recte inde concludere licet, ex permiſſu dei, maiora inter homines emolumenta promoturi, eius generis mala tum temporis a diabolo infligi potuiſſe, vt noua quaedam cauſſa nouorum & aliorum graduum in morbis, quam qui ſine iſta oriri tum ibi poſſent, per aliquod temporis ſpatium ad homines exſiſteret. Redit autem res maxime ad documentorum omnium collectionem, & hominum exercitia in arbitrando.

Neque hic illud nobis poteſt obiici, non intelligere nos hoc tempore vllam rationem, quomodo ſubſtantiae, quae noſtros ſub ſenſus non cadunt, in corporeas noſtras res operari ita poſſint, vt inuſitatae illarum exſiſtant mutationes. Niſi enim quis ſua ipſius reperta de rerum nexibus praecipue velit exoſculari: aequum ſane eſt, vt ſciat & fateatur, licere & hominibus aliis de rerum circa nos ordine & nexu cogitare, & eorum colligere aliquod quaſi corpus & ſyſtema, quae ipſi per comparationem ſolitarum ipſis & notabilium in rebus mutationum, & ſolitarum cauſſarum, obſeruare & intelligere ſibi videntur. Talium enim rerum cognitio non conſtat quadam ad omnes vniuerſalitate; ſed eſt in χέσει ad ceteram hominum conditionem: quae ſi in iis rebus, quae faciunt ad cognitionem colligendam, non multum differt, plures homines conueniunt in cognitione. Si igitur confici hoc nequit, vt certi iam ſimus, illam cognitionem, qua aliqui tales operationes ſpirituum malorum in corpora negant, eſſe vnice ad omnes veram, & eſſe & manere ad omnes iam & in poſterum homines easdem negandi rationes: facile patet, nec ex horum hominum hac cognitione exſiſtere argumentum, tollendarum ὅλως & omnino, ex S. S. clara interpretatione, operationum in corpora diabolicarum; contra ea vero etiamſi ſtatuere poſſumus, nullas diaboli operationes tales fuiſſe, quales ſolebant homines olim aut hodie informare; opinionem certe talem, ſi quis eam teneat, non efficere, vt ſic omnino fuerit. Cum plerique omnes olim philoſophi daemonum, (quod nomen varie ſignificabat) operationes ipſi ſtatuerint: ſequitur, licet de modo illarum & iure quaſi, cognoſcamus nihil, quia non cadit ſub ſenſus noſtros: vt tamen illas ipſas in hoc rerum ſenſibilium ordine contingere & euenire poſſe, non ſine ratione a multis credi & potuerit, & poſſit; ab iis autem nos, ſi ratio iubet, diſcedere ius fas eſt.

§. XII.

§. XII.

Vidimus omnes tempore Christi homines, de daemonibus sensisse siniſtre; alios enim nimio & iniusto illorum metu temere actos; alios in contrarium temere arbitrandi flagitium incidisse, vt animae, a corpore distinctae substantiae exsistentiam, & durationem post corporis interitum non crediderint. Sadducaeos scimus a Iesu Christo dedita opera conuictos fuisse, ita, vt eos a quotidiano corporis studio & turpi sensuum obsequio adduceret ad ratiocinandum de eo, quod est deo, opifice optimo, & nobis dignum: quae fuit vnica via, quae ad euertendum hunc pestiferum errorem ea ratione duceret, quae & deum & hominem decet. Idem Iesus claris & categoricis multis propositionibus confirmauit animae humanae conditionem, & futuram post corporis interitum durationem; (licet confirmare non potuerit, falsam eorum opinionem, quae post mortem ex animabus malis daemonas aliorum corpora ingressuros tenebat;) atque hac ratione magnam partem eius sententiae, quae fuit Pharisaeorum, sua auctoritate, qua ob multa miracula pollebat, licet non omnem istam sententiam, eiusque solitum modum, denuo sanxit & consecrauit. Contra ea, de diaboli perpetuis in terra negotiis & maleficiis, quod plane nulla vmquam fuerint, sententiam claram & indubiam tulit nullam, quam Iudaei pati non poterant; factis autem & rebus suis gestis, institutoque id procurauit, vt nullibi daemones amplius eo modo esse crederentur, quo esse vulgo dicebantur. Eiicit daemones, e daemoniacis, quotiquique ad eum ducuntur; profecto non eo consilio, vt discipuli & Christiani, inde quasi diuinitus statuerent, daemones ipsis *adhuc eodem modo* timendos, aut experiundos nobis quotidie esse: sed hoc vnico consilio id facit, vt omissa falsa religionis indole, quae non erat libera, nec ad hominum aliorum vtilitatem, deique maiorem gloriam composita, ex ingentibus beneficiis ac miraculis fidem iam ipsi haberent, eos a Pha-

risaeorum, Sadducaeorum, & peruersorum omnium hominum contrariis studiis, & consuetudinibus abducenti, & viam ad agnoscendum colendumque ἐν πνευματι deum monstranti. Hanc ad rem quia nihil conferret, vtrum omnes homines de daemonum in corporeas res nostras operationibus noxiis eadem sentiant, quae tum sentiebant multi Iudaei & Graeci, an vero statuerent tantisper aliter, donec exsisteret physicarum rerum cognitio, si opus esset, ad plures maior: sapienter nihil diuinae auctoritatis ipse prodit; malum vero diaboli & angelorum malorum ingenium, iniquitatem, in dei beneficum studium, inuidiam in hominum felicitatem, non vno loco confirmauit. Idem faciunt apostoli; diaboli & daemonum malum ingenium in peruertendis dei consiliis describunt, homines ab illa societate auersarum a deo & eius consiliis voluntatum auocant; sed potestatem in corporeas res nobis persuadere, aut credendam esse nobis, iubere non solent (34).

Redea-

(33) Aliquoties iam id attigi, quod hic breuiter addam. Possit haec agendi ratio Iesu Christo & Apostolis videri indigna, quod non ὁλως & alta voce, opinionem falsam de daemonibus reprehenderint. Sed hic rogo, vt, antequam vehementius instituatur accusatio, explicetur ea oeconomia docendi, qua non solum discipuli Christi & Iudaei eum dominum & auctorem noui in terrarum orbem imperii exosculati sunt, sed etiam vniuersa religio Iudaica, quae legibus Mosis nitebatur, prudentissime fuit ad tempus tolerata; Paulus etiam quomodo iubeat, 1 Cor. 8, necesse esse, vt cognoscamus καθως δει γνωναι, &c. ἀλλα, licet sit longe verissimum, idolorum nomen esse vanum & futile negotium, (sciimus autem *daemones* idolis & statuis attributos olim vbique fuisse; igitur hic Paulus negat daemonum operationes exstitisse, aut commercium cum illis corporeum,) ἀλλ ἐν πασιν ἡ γνωσις. Si vero & Paulus studiosissime id spectauit, vt ne προσκομμα γενηται ἡ ἐξουσια (veram rei cognitione nixa) τοις ἀσθενεσιν, & cap. 9, 12. ἱνα μη ἐγκοπην τινα daret τω εὐαγγελιω τε Χριστε, seu ne doctrinae cursum impediret, diligentissime antea corrigendo falsas ideas hominum audientium, quas antea collegerant,

quae

Redeamus autem, vt hanc cauſſam intelligamus melius, in illa tum tempora. Statim poſt Ieſu Chriſti abitionem exeunt apoſtoli in regiones extra Iudaeam. Narrant publice res Ieſu geſtas. Circumfunduntur multitudine Syrorum, Arabum, Graecorum, in iſtis prouinciis. Hi auditores pleni ſunt opinionum de oraculis, ſtatuis, templis, daemonum conſuetudine & operatione inclytis. Audiunt iſtos ſermones & conciones: Ieſus fecit haec illa miracula; *expulit* daemonia ex omnibus hominibus, qui ad ipſum adducti fuerunt; inuictas illas prodidit & propoſuit doctrinas, deum non eſſe, niſi vnum, opificem

 rerum

quae ad religionem iam nihil facerent: quis eſt, qui multum adhuc dubitet, etiam Chriſtum & Euangeliſtas iſto tempore, eodem conſilio ductos fuiſſe? Quis vero hodie tam eſt iniquus, vt aliter omnino agere, & vehementiorem docendi modum, ad cogendam omnium ſententiam tenere, opinetur magis eſſe ſapientibus & Chriſtianis dignum? Et quidem rei ſumma, quod mireris non ad Dei pertinet cognitionem & gloriam, ſed ad *daemonologiam* illam, quam Iudaei & Graeci ipſi, ſine dei auctoritate, repererant. *Non eſt in omnibus haec cognitio*, monet Paulus; nec poſſunt omnes ſtatim ex iſto opinandi errore in viam reduci, igitur ius fas, imo opus eſt, vt tantisper illis parcamus, noſtra cognitione ipſi vſuri, licet alii nequeant. Iſti vero alii quid tandem faciunt? Eam opinionem, quam Paulus ſapienter, licet falſam, tolerauit, donec ſuccedente tempore per dei in regnum cognitionis prouidam curam emendaretur, hi tamquam *arcem & ſummam* religionis chriſtianae hodie, his temporibus, cum deus longe maiorem cognitionem procurauerit, volunt a cunctis, piaculi cauſſa, credi, teneri & amari. Debebant autem imitari Paulum, ſi maxime crederent, diuinitus ipſos meliora de daemonibus ſcire. Sed idem modus eſt etiam aliis tenendus, vt ne grandi ore, quaſi heroicum beneficium concelebrent ſuam γνωσιν, nec temere & ſine ratione plebem chriſtianam antea his ſcitis nouis in fluctuationem ingentem coniiciant, quam intelligant, inſignem vtilitatem & religioni & vitae vniuerſae, qua ſolet vtraque a plebe exerceri, inde accedere; aliter πρόσκομμα & ἐγκοπη datur Euangelio Chriſti. Vetuſtiſſimum eſt illud: philoſophum, qui ipſe non ſapiat & prudenter agat, eſſe non nauci, & e ſocietate cum flagitioſis poetis eiiciendum.

rerum omnium, hominibus maxime fauentem, si debitam dent operam & ad cognoscendum & ad colendum deum. Discedendum igitur iis esse ab istis studiis, quae ad vnice beandum mortale hoc corpus, ad voluptates e sensibilibus capiendas, pertinent. Fauorem dei per Iesu Christi doctrinam, si eam recte sequantur, conciliari, &c. Ecquis putet nouos hos Christianos ex his sermonibus id praecipue collegisse, necessarium esse ad bonam suae religionis indolem, vt ipsi sciant & retineant, quid Iudaei isti de daemoniacis senserint? an omnino a diabolo an ab anima corpore soluta illi homines obsessi fuerint? Tum vero, necessarium esse, vt omnes porro Christiani de daemoniacis sentiant idem illud, quod quidam pro suarum rerum conditione sentiendum sibi esse olim putauerint? Quaenam est igitur aliorum hodie noua aequitas & summum ius, vt tam grauiter postulent & quasi diuinitus iubeant, non esse bonos Christianos, non esse doctores probos, nisi qui de daemoniacis statuerint illud, quod ipsi pro suo rerum suarum modo intelligunt; & quod statuisse Iudaeos Graecosque, scimus forte nos, qui dubitamus, quam hi, qui affirmant, melius? ψυχας mortuorum, nominarunt daemones; igitur & nos idem statuemus?

§. XIII.

Antequam huius scriptionis finem facio, non possum illud silentio praeterire, quod ad huius omnis caussae iustam arbitrationem non parum pertinet. Cognitio hominum semper fluit & progreditur. Si auctores scribunt, scribunt & ipso hoc tempore, non vero scribunt tempore aliorum; & hominibus isto tempore viuentibus illam operam praecipue destinant. Cognitio hominum diuersis temporibus viuentium, est de iisdem rebus physicis, diuersa. Exemplis & documentis in re clara opus esse non arbitror. Scriptores omnes prudentes obsequuntur consilio suo, prout argumentum ipsum illud exsistere pati-

patitur. Scriptura ſacra multo magis hoc ipſum obſeruat. De rebus phyſicis deus docere ἀμεσως homines, nec volebat nec poterat: quia ipſe phyſicarum rerum omnem ambitum, ſuccedentemque illarum, vbi opus & vſus eſſe poterat cognitionem ratione locorum & temporum, non vno modo definiuit. Quis vmquam, ſi ſcripturae conſilium & dei ſummam ſapientiam cogitat, opinabitur, exſtare in ſcriptura naturalium rerum & cauſſarum καθολικας declarationes! Scio olim haereſin & flagitium fuiſſe, de terrae figura ſphaerica, de antipodibus, &c. autumari. Sed nemo *Philaſtrium* & eiusdem ordinis ſcriptores in illuſtri eorum interpretum loco ponet, qui aliis omnibus legem, & ius & fas ſcribant. Haec igitur hominum de rebus phyſicis & earum cauſſis cognitio, pro ipſorum loco & tempore variam conditionem ſubit; fieri enim non poteſt, vt de rebus phyſicis, vtpote vagis & ſemper volubilibus, homines, tam varii & diuerſi, omnes vllo tempore intelligant & ſtatuant omnino idem. Iam, cum homines de rebus aliis phyſicis iſto tempore cognouerint, ad ipſos certa, multa, (e. g. de origine roris, fulminis &c.) quae ſunt hodie, ad nos, non certa, ſine vllo detrimento, quod ad iſtos tum homines ἐν τοις ἠθικοις ex illa tum pro certa habita cognitione, apud deum redundarit: ſequitur, vt nulla fuerit ratio, cur de daemonibus in S.S. exſtare debeat propoſitio categorica, pertineantne ad cauſſas mutationum in rebus corporeis, an minus. Si Iudaei & Graeci multi pro cetero plerorumque intelligendi & cognoſcendi illius temporis modo, daemonum tot maleficia exſiſtere arbitrati ſunt, quae inter nos hodie multi arbitrari non poſſunt: par tamen manet vtrimque ratio, cognoſcendorum miraculorum Ieſu &, quod eſt maximum, obſequendi ipſius doctrinis. Itaque dei conſilio ille cognitionis gradus non obſtitit; quem nec ἀμεσως emendare potuit. Cum ſit diuerſa hominum noſtrae aetatis doctorumque & diſcentium conditio, numquam deerunt,

qui

qui & ipſi, pro ſuo cognitionis modulo, daemones ipſos interfuiſſe iſtis morbis & furoribus, & hodieque intereſſe, ſtatuant: nec contingere vnquam poteſt, vt *cognitio* eius rei exſiſtat apud omnes eadem (34). Fas igitur non eſt, vt de daemonibus communis hominum omnium *fides* quaedam quaſi publice decernatur & conſecretur; aliter enim hominum quorundam olim de ſuis rebus conſcientia, quae eſt mutabilis & ad alios dubia, eueheretur ad faſtigium reuelationis diuinae, cuius eſt ſumma ſemper & ad omnes eadem auctoritas. Si quis illorum daemoniacorum polluiſſet miraculorum auctoritate: tum demum ad omnes vnum & idem ius & fas enaſceretur, non dubitandi de eo, quod aut ille de daemonum ipſi allapſa violentia, aut alii de cauſſa inſignium ab ipſo atrociter intentatorum malorum autumabantur. Minime vero licet ſcripturae ſacrae inde

(34) Eſt enim hiſtoria; quae vtrum hac, an illa ratione interna conſtet, non poteſt ab omnibus, qui hiſtoriae interſunt, aut eam audiunt, ſine diuerſitate & diſſimilitudine opinionis, omnino definiri. De *re*, inter omnes conuenit, Ieſum per miraculum iſtos homines ſanaſſe; de rei *modo*, vtrum illud παθος fuerit phyſicum, aut diabolicum, non conuenit omnibus, quia non poteſt; opus enim fuiſſet, vt deus ipſe ἀμεσως id ſuo teſtimonio confirmarit. Obiectum teſtimonii diuini debet eſſe καθολικον ſua natura, ignotum & occultum hominibus cunctis, pariter tamen neceſſarium ad coniunctionem cum deo. Huius generis autem haec quaeſtio non eſt. Vtrum enim iſti daemoniaci fuerint a ſubſtantia quadam ſpirituali male habiti, an vero illi tum homines de daemonibus multa falſa crediderint, non facit ad credendum, Ieſum eſſe Chriſtum, auctorem ſalutis humanae, eiusque doctrinam ſalubriter experiundam. Ex miraculis eius doctrinisque haec fides exiſtit; hoc ſi ſemel homines credunt, iam & illud ſciunt, ſi maxime fuerit olim tanta poteſtas daemonum, tamen ſe ex illa exiiſſe. Si vero homines intelligere ſibi videantur, tales daemones, ac tum credebantur, ὁλως non eſſe: Ieſum nihilo tamen minus pro auctore ſalutis & creſcentis de deo cognitionis melioris habebunt. Igitur non apparet ratio, cur κατηγορικως debuerit de quaeſtione illa ſententia lata exiſtimari.

inde vituperium aut quaerere aut metuere, quod falsam, forte, opinionem non clarissime refellat, sed sine reprehensione, locum habere tantisper patiatur. Quod ea ratione poterit porro demonstrari. In V. T. iam de vanitate daemonum creditorum decreta clara leguntur. Scriptura sacra occupat homines, intelligendo rerum nexui, pro suo loco & tempore, semper studiosos; ista studia sunt in hominum potestate, possunt bene, male, collocari. Ipsa hominum cognitio de cunctis, quae ad eos pertinent, rebus crescere, simul & sine successione, non potest; nec existit aliquis eius terminus ante terminum & finem humani generis. Quemadmodum igitur deus per scripturam prisci foederis id efficere non potuit, vt homines statim a bonis huius vitae minoribus transferrentur simul omnes, ad amanda bona πνευματικα, quippe qui sub isto tempore ante Christum plerique omnes desiderio felicitatis πολιτικης & rerum prospere hic gerendarum ita tenebantur, vt vel ipsi Iesu Christi socii, quantumuis hoc magistro domestico vsi, honores & diuitias, amari vulgo solitas, a Messia exspectarint: sic etiam fieri non potuit, vt deus omnes de daemonibus opiniones, etiam falsas statim & simul ex animis omnium, per vim euelleret. Cum Iesu Christi vniuersa prouincia fuerit μυστηριον ratione vniuersi, quod propositum erat, consilii, quod iam demum, vbi res eius gestae cunctae satis considerari poterant, patere melius incipiebat: facile apparet, nec Iesum potuisse ipsum omnes hominum falsas opiniones statim ἁπαξ ἁπλως refellere, quem scimus discipulorum falsas de ipso sententias sapienti modo toleraſſe; nec Euangelistas & Apostolos, siue scribentes, siue loquentes, etiam postea, cum ipsi rectiora omnia scirent, ab eodem sapientiae exemplo potuisse statim recedere, si erat porro idem rerum coeuntium modus, ac erat ille, cui Iesus fuit obsecutus. Arbitror enim de daemonum falso & sine diuino iure credita in homines potentia, apostolos non minus certos fuisse, quam Iesum ipsum.

Itaque si cum Iudaeis graece loquentibus & παραδοσεις secutis res esset, profecto ita agere non licebat, vt Euangelistae occlamarent, stulti estis, vosmet ipsos decipitis, nulli daemones vos vexant, quorum quotidianae operationes inscitiae & superstitioni tantum deputari debent; morbo potius ingenti laboratis, naturali tamen: sed omissa illa disputatione, vtrum omnino verum sit, quod homines sibi scire videbantur, tollunt hoc παθος ipsum, & sic ipsa re docent, nullam exsistere iam daemonum vim in eos, qui Iesu Christi doctrinam sectarentur, & narrant, Iesum multos homines ex ista miseria diuinitus liberasse. Fingamus talem hominem postea tandem siue ex scripturae veteris sacrae examine, siue ex alia physicarum rerum inuestigatione, dubitasse, vtrum vere a daemone fuerit antea male habitus: nihil detrimenti inde ad ipsum aut ad susceptam religionem euenit. Sciuit se olim infausta corporis animique conditione vsum fuisse; sciuit se statim & diuinitus instauratum esse: iam quid, quaeso, refert, daemonem a se depulsum, an infortunium physicum remotum esse, ipse posthac statuat? Atque, vt hanc causae huius disputationem studiosius adiuuem, quid tandem iis fiet Christianis, qui olim Iohannis tantum ministerio, & postea Euangelio scripto vti sunt? Is enim de *daemoniacis* & σεληνιαζομενοις nec talia nec saepe narrauit. Infeliciores ergo fuerunt hi Christiani, quod Iudaicarum phrasium vsum & consuetudinem non confirmauerat Iohannes? Ex *Pauli* autem epistolis, praecipue ex 1 Cor 8, quis de daemonum in humana corpora operatione talia doceri potuit? Scimus autem in Asia minori & *Europa* nec Matthaeum, nec Marcum, nec Lucam, sed Iohannem & Paulum praecones & scriptores rerum Iesu Christi praecipue fuisse; Euangelia etiam illa hominibus iis, ad quos *Paulus* epistolas scripsit, non ita destinata fuisse, vti fuerant aliis hominibus locorum aliorum.

§. XIV.

§. XIV.

Sed iam huic ſcriptioni finem facio; & ſummam quaſi eius ita adhuc prodo. Quaeſtio haec de *daemoniacis*, eſt, quod ad nos hodie attinet, *problema hermeneuticum;* non deſunt rationes, quibus aliquis moueatur, ad eligendam ſententiam plerisque omnibus communem; ſed ſunt etiam rationes, quae alicui perſuadeant, non ſatis ad nos liquere. Illud, opinor, hac ſcriptione effeci, vt luculentius pateat, hanc vniuerſam cauſſam daemoniacorum non pertinere ad ſummam & intimam chriſtianae religionis rationem. Bona & iuſta conſcientia poſſe de hac re ſententiam contrariam & aduerſam a Chriſtianis teneri. Id maxime opus eſſe, vt ne ſine iuſta auctoritate aliquid ad ipſa chriſtianis propria dogmata referamus; magis cum caeteris Apoſtolorum ſcriptis conuenire eos, qui ipſi ambigunt & dubitant, quam qui temere & antecedentium ſecuti gregem, caſu quaſi quodam, ad defendendam ſententiam iſtam ferri ſolent. Si ipſa cauſſae huius vniuerſa indoles attendatur, facile patebit, fuiſſe olim longe plures homines, qui de daemonibus & angelis ſtatuerunt iuſto plus, quam qui dubitando peccarint. Gnoſticorum vulgaria carmina, Manichaeorum multorum reperta, Arianorum inſtituta ad eam partem, quae fuit poſtea maxima, propendiſſe, ſi iam otium ſupereſſet, facile oſtenderem. Sed & ipſi catholici plerique de diaboli phyſico imperio, tam ſuper terram, quam ſub terra, quod Chriſtus, *phyſica* virtute ipſe vſus, aboleuerit & ſuſtulerit, mira carmina praeire ſolent, quibus melioris religionis laeta & diuinior indoles non parum infucatur & corrumpitur. Scimus autem, fuiſſe inter Iudaeos tales ſententias, & tam varium metum, a diabolorum phyſica potentia; confirmandum ergo & illis fuerat, diſſolutum eſſe diaboli imperium; ſed hae non ſunt partes chriſtianae doctrinae nobiliores; iis potius caremus. Modo illa πολιτεια, illa moralis connexio & ſimilitudo, qua homines *filii diaboli ſunt*, & nihil niſi infelicitatem ſibi aliisque procurare ſolent,

lent, Chriſto auctore & adiutore tollatur. Chriſti enim eſt, λυειν talia εργα diaboli.

Illud autem & ipſe fateor, poſſe interpretes ab his cunctis aberrationibus liberos, amplecti ſententiam vulgatiorem; multos viros doctiſſimos & integerrimos in ea fuiſſe: ſed id ſimul teneo, non ius fas eſſe, tantum doctorum auctoritatibus hac in re quemquam ipſum doctorem regi. Quodſi id meis precibus conſequi poſſum, vt doctiores interpretes hanc cauſſam iam ipſi diligentius excutiant, meamque diſputationem ſtudioſe examinent: videbor mihi non paruo beneficio, licet refellar, quod lubenti mihi eueniet, rem hermeneuticam & eius vniuerſum ſtudium adfeciſſe (35). Vt primum licuerit prodibit *pars* huius diſputationis *altera*, quae theologorum tuentium vulgarem ſententiam, rationes omnes colliget & exponet: quae inter ſcripta etiam *Iohannis a* MARCK diſputationum *partes octo*, Lugduni Batau 1693. diligenter ſequar, quas, vt plures alias huius generis ſcriptiones legi & relegi, licet hic, vt ne nimis excreſceret hic libellus, iis parum vſus ſim. Eſt autem hic theologus Batauus nimis ſuarum partium ſtudioſus, qui id tamquam ingenuum & laudabile decus ſequitur, vt vulgata ſententia tamquam pars chriſtianorum (fuit certe ſuperſtitioſarum gentium) dogmatum eximia, omnino defendatur. Ita enim ſub initium *partis primae* ſcribit: „Hos δαιμονιζομενους, a ſpiritu infernali ac diabolico vere „obſeſſos quidem fuiſſe, vt legitimus propriae rationis vſus im„pediretur, atque membra corporea peſſimi *hoſpitis* nutum ſe„querentur, *communis eſt eccleſiae omnis Chriſtianae fides.* Quam „absque vlla verborum inuidia ex euangelicis ſcriptis aſtruere „breuiter, & ab obiectionibus quibusdam ſpecioſis vindicare, in „animum induxi.„ Haec ille Batauus ſcriptor; qui falſo dicit,

(35) Interea recuſa eſt haec commentatio; ſed fateor, non fuiſſe, qui meam hanc disputationem refutarint; licet quaedam his aliisque ſuo iure non placuerint, cauſſa tamen vniuerſa ſubuerti non potuit.

cit, *fidem* fuisse ecclesiae omnis Christianae communem; (romanae semper fuit; fateor, sed eius magisterium parum placuerit, adeo diabolorum negotio abuti solebant;) vt apparet ex iis, quae hic collegi. Vocabulum *fides*, huc, antequam res sciatur, quae credenda est non pertinet. *Fides* enim omnis ecclesiae christianae communis, debet niti certis & firmis documentis scripturae sacrae, vt aut ipsius dei, aut legatorum ipsius, vt sunt legati, sermo adsit, cuius vniuersum liquidum & clarum argumentum iam fide nostra firmiter tenendum est, licet aliunde ad illud rationem nullam inueniamus. Sed iam quidem adhuc deesse videntur non pauca, quibus ad *fidem* omni ecclesiae communem opus est. Id vt intelligatur clarius, ista momenta futurae refutationis ipse noto; 1) vt ostendatur mihi ratio, vnde intelligam, notionem δαιμονιϑ, δαιμονος inter Iudaeos & Graecos tempore Christi, non inuoluisse hoc, vt *anima mortui* daemon esse crederetur. Eos homines, qui dicunt, habet ille daemonem, non opinatos fuisse, *animam* mortui cuiusdam impedire & turbare animam viuentis rationalem. Ex IOSEPHO, ex Iudaeis, ex Graecis, etiam ex IVSTINO, Martyre vsque ad CHRYSOSTOMI aetatem, qui tamen fuit ipse incertus, collegi sat multa documenta, rem ita se habere. Iam interpretari non possum, quomodo hoc sit verum, non vero vulgaribus tum opinionibus tribuendum. Christiani iam solent malos spiritus, *qui numquam fuerunt anima hominis*, cogitare: sed talis notio tum temporis non fuit; ergo id, quod plerique christiani statuerunt, non est ex Euangeliis deriuatum, seu hermeneutice verum; si vero hermeneutice vera notio est illa, animam mortui esse & dici daemonem a Iudaeis & Graecis illius temporis, sequitur, hanc notionem deberi opinioni, non vero ipsi deo in scriptura alicubi affirmanti, ideoque non esse dogmaticam. 2) Rogo, vt indicetur mihi scripturae sacrae auctoritas certa, quae sermone dei aut prophetae, aut Christi id eloquatur: ea, quae

Iudaei illo tempore de diabolo, & malis angelis ſolebant opinari, eſſe omnia vera, & homines omnes omni tempore, niſi deum teſtem refugiant, debere affirmare & ſentire eadem omnia. 3) Vt docear, rogo, Deum aut Chriſtum *reuelaſſe* ipſum, (atque id neceſſarium fuiſſe ob conſilium dei) Euangeliſtis veritatem internam illorum euentuum, quibus ſolebant, omnes a deo longiſſime remoti, homines, ad corrumpendam & opprimendam bonam religionem, immiſcere daemones. 4) Vt excutiatur haec cauſſa: ſi numquam ſatis conſtat, deum vllibi in ſcriptura ipſum affirmaſſe, diabolum, aut ſpiritus malos reuera in homines viuentes καθ' ὑποϛασιν ingreſſos fuiſſe, ſicut nec ſcimus, angelum quemdam bonum alicubi id feciſſe, vnde tandem omnes fere tum homines certi fuerint de hac atrocitate? Si vero id ex iudicio & comparatione hominum ipſorum tum ita credi coepit, cum fuerit horum hominum inſignis ſegnities & ſuperſtitioſe opinandi in tempore ἀγνοιας conſuetudo, quidni liceat hominibus aliis, eodem iure vti, & ſententiam ferre, de iſtis Euangeliorum locis?

Iam liceat VINCENTII *Lerinenſis* verba mea facere ex praefatione, licet ab eius inſtitutis non parum hic diſſentiam: *Scribant alii laute & accurate, qui ad hoc munus vel ingenii fiducia, vel officii ratione ducuntur. Me vero ſubleuandae recordationis, vel potius obliuionis, (discuſſionis) meae gratia Commonitorium paraſſe ſuffecerit, quod tamen paulatim recolendo, quae didici aut didicero, emendare & implere quotidie, domino praeſtante, conabor. Atqui hoc ipſum idcirco praemonui, vt ſi elapſum nobis in manus Sanctorum (doctiorumque) deuenerit, nihil in eo temere reprehendant, quod adhuc videant promiſſa emendatione limandum.*